

Ann. VIII.

ROMAE, Kal. Iuniis M DCCCCV.

Num. VI.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

SEMEL IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 4,80;  
ubique extra Italiam Lib. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in commentarii operculo  
Lib. 0.10 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem  
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



## Subnotatio fieri potest:

### IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKĄ RODZINNA"

VARSAVIAE POLONORUM Rakowskie Przedmiescie, 15.

### IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM Krakowskie Przedmiescie, 6.

### IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET  
S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

LONDON W.  
28, Orchard Street.

RATISBONAE in BAVARIA.

### IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL  
1699, Rue Notre-Dame.

## RERUM INDEX

De Oceani Pacifici futura possessione.

Quantum praesidii a Graecis litteris ingenia mutuentur.

De Sanctorum mente.

Russorum heroes.

De Iaponiis opificibus.

Fabulae selectae Fontanii a Io. Bapt. Giraud latine redditae, passim retratatae a Fr. Xav. Reuss: CXXXIII. Testudo et Anates. - CXXXIV. Pisces et Phalacrocorax. - CXXXV. Avarus eiusque Socius.

Colloquia Latina. - Arma scholastica.

De summa B. Petri potestate.

Acta pontificia: I. SS. D. N. PI<sup>I</sup> PP. X Litterae Enyclicheae de Christiana doctrina tradenda. - II. « Motu proprio » de protonotariis apostolicis, praelatis urbanis, et aliis qui nonnullis privilegiis praelatorum propriis fruuntur.

Ex SS. Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae.

Diarium Vaticanum: Coram SSmo admissiones. - Pontificiae electiones. - Vita functi viri clariores. - Varia.

Annales: Iaponicum bellum. - Russorum civiles res. - Balkanici motus. - Cretensis seditio. - Regalia itinera.

Publici per Orbem coetus legibus ferendis.

Per Orbem.

Aenigmata.

In secunda operculi pagina:

“ Sociis et lectoribus Commentarii nostri humanissimis,,.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M DCCCC V

## *Sociis et lectoribus*

## *Commentarii nostri humanissimis.*

**N**ovo superveniente anno, quem VIII Vox Urbis inscribere gloriatur, non quidem, ut plerumque assolet, nova et magnifica promitemus; non enim sociis et lectoribus, qui constanter in itinere, neque eodem brevi atque expedito, nos comitati sunt, magniloquis verbis temerariisque promissionibus illudere opus est nobis, sed tantum ea adnotare quae in eorum veram utilitatem adducere constituimus.

Vox Urbis itaque in annum MDCCCCV ea erit, quam socii voluerunt: commentarium menstruum, qui non unum Urbis augustae matris sermonem, sed omnem cultum et humanitatem referat, eaque omnia quae inde, veluti ex radiationis centro, animos usque a longissimis orbis partibus amice cum genitricis animo coniungere valeant. Disputationes igitur, quae plerosque populos aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones suum locum apud nos hoc etiam anno convenient, atque simul nuncii, significaciones, et documenta, quae tum circa catholicam rem, quam tueri gloriamur, tum circa eventus peculiari nota dignos, in varietate quamquam, *simplex dumtaxat et unum opus redant nostrum.*

Sed aliud quoque expediemus, quod non paucorum sociorum desiderium explebit; articulos scilicet in quibus, quasi in parva tabula, simplici eoque facili stylo, descriptionibus, narratiunculis, dialogis, argumenta vitae maxime communia tractentur, unde liceat colloquia latine inire atque alere. Ita finem illum supremum, ut latinus sermo universalis, prouti dicunt, reducatur, non modo obliviscemur, imo etiam propius prospiciemus.

\* \* \*

Maiora vero comparavit administrator; qui non modo immutatum reliquit pretium subnotationis, quod est in Italia lib. 4, 80; ubique extra Italiam lib. 6, 25 (doll. 1, 25; sch. 5; march. 5; rubl. 3; cor. 6, 25); sed ad magis magisque commentarium vulgandum curis creditum suis rationes vere favorabiles cavit, quae sequuntur:

Si quis socios novos duos comparaverit, pretiumque eorum subnotationis miserit, subnotationem gratis omnino sibi habebit; eoque bono gauderi poterit ipse subnotator novus, qui, sua vice, eadem gesserit. Quum iste scilicet socios alios duos nobis acquisiverit, facultas ei erit non duorum pretium, sed unius tantum mittendi, atque alterum faciendi suum, ut pretio pro subnotatione iam ante misso sese resarciat. Neque eum pudor teneat novos

subnotatores de favore ipsi concesso aliquo modo certiores futuros: hi enim receptionis schedulam, veluti si pecuniam directe per se miserint, regulariter accipient. Haec una conditio, ut novi hi subnotatores intra menses duos, a propria cuiusque subnotatione decurrentes, requirantur, utque omnia ad Aristidem Leonori equitem (Romam in Italia, via Alessandrina, 87) recto tramite mittantur.

\* \* \*

Quid plura?... Plura tamen administrator concedere sociis voluit, eaque paene incredibilia; id enim effecit, ut *VOX URBIS* socii e loco domicillii sui in Urbem, atque inde in domicilium suum reverti gratuito possent. Id iis paratum est — bibliopolis, uti patet, exceptis — qui ante Iulium mensem an. MDCCCCV sexaginta novas subnotationes collegerint earumque pretium integrum ad administrationem miserint. Societati itinerum notissimae Cook et Son munus commissum; ea, ubi primum a nobis certior facta erit, epistolarum commercium cum socio inibit, omniaque disponet ut is nullo impedio ab *Europae* loco ubi vivit Romam usque, atque Roma in domum suam, secunda, prouti vocant, ferriveharum classi usus, iter aggrediatur. Estne difficile nimis sexaginta socios novos comparari? En rursus benigne succurrit administrator: qui triginta tantum collegerit, dimidiatum pretium itineris habebit.

\* \* \*

Sunt tamen qui eiusmodi curas negligent: num his praemium nullum erit? Atqui erit sociis omnibus, qui ante expletum Februarium mensem an. MDCCCCV debitum solverint suum; idque, more nostro, pulcherrimum: *imago heliotypice expressa metr. 0,32 × 0,45 Pium X Pontificem referens sacris ad solemnia indumentis ornatum atque benedicentem.* — Quod si denique socius tabulam illam maluerit metr. 0,22 × 0,45 iam in nostrum commodum unice superiore anno desumptam, ac Pontificiam dominationis auspicationem referentem a Pio PP. IX an. MDCCCXLVI peractam, quum exemplaria nonnulla apud nos sint adhuc, eam requirat, nosque, donec possibile erit, ei morem geremus.

\* \* \*

Restat nunc ut sollicitudini nostrae sociorum favor in dies crescens respondeat.

*Vox Urbis.*

In Italia: L.  
Lib. 6,25, Dol.

DE OCEANI PACIFICI

**S**i quis fuerit renes Pacifici C. putet, Angliae, feras per illum tem obtinet. At varias cum nomen tueri, munes, nec eadem primum non tam quam, foederata rbus republica, suo quae dieitur, Zela det, ut iam foed nuerit; Britannica publica seiuneta v suas utilitates ipsa gapore portus nil a refugia commerciis

Quibus perpensis Pacificum mare ita riae eius partes oce at eae sint, quae su leant, longe a Britanni iisque conditae reipublica tot populis saxoniam ab alio in die

Ceterum Britanni ultimum Orientem : vietricibus puppis p rum, Iaponiorum, et audacia iam vine tiplices vix Anglia net; in Mandehouri a Iaponiis superatu Americana fortuna oras a Germanis pe invidi surgunt host temporum necessitas dominio leoninam pa quum undique eius late commutentur.

Hac mente eunata glorum administrorum quod nunquam ante eum Iaponiis foederi Russorum arma in eohiberentur, comm gentium illos per fin Iaponios quum nimis que iis ad vires sua rit, pessimum sibi aei

Inter gentes, quae maris oras tenuere, mentione digni sunt,

(I) Cfr. num. sup.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

## PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 4,80 — Ubique extra Italiam:  
Lib. 6,25, Doll. 1,25, Sch. 5, M. 5, Rubl. 3, Coron. 6,25

## SEMEL IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

DE OCEANI PACIFICI FUTURA POSSESSIONE<sup>(1)</sup>.

**S**i quis fuerit rogatus cuinam genti ante omnes Pacifici Oceani dominium tribuendum putet, Angliae, ferme respondet, quae plurimas per illum terras occupat, et principatum obtinet. At varias inter regiones, quas Anglicum nomen tuerit, nec una lex, nec mores communes, nec eadem fata sunt. Nam Australiani primum non tam Anglici esse coloni videntur quam, foederata nuper ex suis gentibus omnibus republica, suo et soluto iure vivere. Nova, quae dicitur, Zelandia suae libertati adeo studet, ut iam foedus australianum ingredi renuerit; Britannica Columbia a Canadensi republica seiuncta vivens, suam rem publicam, suas utilitates ipsa gerit; Hong-Kong et Singapore portus nil aliud sunt nisi tuta classibus refugia commerciisque commutandis emporia.

Quibus perpensis, Anglorum imperium per Pacificum mare ita appareat constitutum, ut variae eius partes ocurrant quidem ac divites, at eae sint, quae suo quaque iure vivere valent, longe a Britannia patria solutae; ex iisque Britanni cives nil alind nisi gloriam conditae reipublicae colligant. Eam ob rem extot populis saxonico communi stipite ortis, alium ab alio in dies magis secedere videmus.

Ceterum Britannica commercia, quae iamdiu ultimum Orientem atque Pacificum mare late vetricibus puppis persulcabant, ab Americanorum, Iaponiorum, Germanorumque laboribus et audacia iam vincuntur. Aemulos enim multiplicies vix Anglia per Sinorum fines sustinet; in Mandchouriana et Coreana terra iam a Iaponiis superatur; Philippinis in Insulis Americana fortuna vineitur; Polinesianas per oras a Germanis pellitur. Undique uno verbo invidi surgunt hostes et avidi; iamque ipsa temporum necessitas faciet ut ex Pacifici Oceani dominio leoninam partem alii prorsus usurpent, quum undique eius per litora commercia nova late commutentur.

Hac mente cunetantes atque dubitantes Anglorum administratorum animos animadvertisimus, quod nunquam antea accidit. Ipsius enim icti cum Iaponiis foederis suprema ratio fuit, qua Russorum arma in Sinis nimis progradientia cohiberentur, commerciaque sua ceterarumque gentium illos per fines libera servarentur. At, Iaponios quum nimis forte adiuverit, pecuniamque iis ad vires suas multiplicandas tradiderit, pessimum sibi aemulum iam Anglia paravit.

Inter gentes, quae postrema aetate Pacifici maris oras tenuere, Germani quoque peculiari mentione digni sunt, qui Iberorum quamdam

(1) Cfr. num. sup.

haereditatem illuc collegerunt. Insolita prorsus eorum fortuna satis docet quonam pacto ibi quoque commercia et negotia armis et imperio praecurrerint locorumque possessionem paraverint. Iam enim pecunaria re late ingenti per Sinorum terras Germani fruebantur, quum nulla adhuc regionem suis armis occupassent. Huc, non aliter quam ad Africanos, sero nimis Germania venit, neque optimam partem obtinuit; at paucae quas occupavit insulae ad maritima eius commercia bene tuenda sunt satis, praebentque occasionem ut in rebus publicis multarum gentium Germani quoque sua iura vindicent.

Batavi contra habent quae Germani passim desiderant: Malesianum enim ingens imperium tenent, cuius Iava insula est caput. Forti ac patienti labore suas terras colunt, lustrant, muniant; quamquam, licet eorum coloniae ditissimae sint, neque eas augere neque Pacificum mare persulcare ubique cogitant, armis et classi ut tantum facinus audeant destituti; quinimo sunt a finitimis populis iis circumdati qui, — Iaponii praesertim, — divites illas insulas facilem sibi praedam futuram considerant.

Galli denique grave ius per Pacifici oras non asserunt; habent tamen et negotia et commercia quae tueantur et ipsi; in Polynesiana terra praesertim, ubi non exigua eorum provincia Nova Caledonia exstat. Novas-Ebrides insulas pariter tenent Galli, Thaitiumque — delicias maris, — ad quam tamen insulam in recto itinere positam ab urbe Sancti Francisci ac Panamensi freto ad Novam Zelandiam Australiamque, atque Gallorum praesidiis privatam, in dies magis Americani opes suas inferunt.



Summa rerum haec est et fatorum, quae iam per Pacifici oras maturantur, eius magnitudo hactenus aeternae pacis pignus esse videbatur omneque belli periculum removere. Non de negotiis tantum, uti appetat, agitatur quaestio, sed de vita ac de imperio plurium gentium agitur. Iaponii enim de sua salute decertant; Russi de maritimi litoris tutela in quod commercia sua impellant; Angli de maritima auctoritate et de divitiis servandis ingentibus; Americani de augendis et potentia et suis opibus; haec dum Sinenses patienti audacia, dociles et laboriosi multiplicantur et crescunt undique; dum Germani, Galli, Batavi de tuendis suis iuribus solliciti sunt.

Magna haec omnia quidem, et talia, quae, docente historia, pacifico foedere fere nunquam composita sint. Ita fit, ut ubi paneis ante annis omne bellum absurdum videbatur, hodie iam arma parentur novaque fata matura fiant.

Z.

QUANTUM PRAESIDIUM A GRAECIS LITTERIS  
INGENIA MUTUENTUR<sup>(1)</sup>.

## IV.

VENIO nunc, quod erat postremo loco evolvendum, ad illam artium optimarum pulcherrimam, ab aethereis sedibus in terras delapsam, humanae phantasiae filiam, quae Deos configit auctores, primosque vates cum Diis permiscet. Enimvero quibus in palagis (graeceis hoc loco utar, imaginibus, graece ore eloquar) Mnemosyne novem sororum chorum est Iovi enixa, ubi Admeti greges pavit Apollo sylvas eburneo plectro permulcens, ubi saxa, auritosque montes movit Amphion, ubi Orpheus raptam Eurydierem flebilibus numeris quaesivit, ubi Castalii latices, ubi Ascrea inga lauro myrtisque virentia, ubi Permessus, ubi Aradia, ubi

*Maenalus argutumque nemus, pinosque loquentes  
Semper habens?*

Sed ut vatum amoenioribus commentis relictis ad rem proprius accedamus, nonne sedem in Attica, aliis oris posthabitis, diu visa est haec ars divina praecoptasse? Quod vero electum carminum genus fingi potest, quod non excogitarent, quod non summa cum laude Argivi perfecerint? Si te choreae, iocique iuvant, Theium Anacreontem inspice, quem in charitum gremio diceret enutritum. Si animo tolli sublimis, et in altos nubium tractus evehi expetas, Dircaeum intuere, quem phoebeo spiritu afflari, seu verius rapi affirmares. Si cothurno tragico caperis, quid Aeschylo, Sophocle et Euripide ad vehementiores motus, ad iracundiam furorunque vividius? Si comicis cachinnis, salibusque urbanis cupias relaxari, Aristophanem, et Menandrum audi, quibus ad fugandas curas nihil potest esse suavius. Si pastorum iurgia, querelas, certamina, cantus vitamque nullo turbatam metu studeas demirari, Teocriti, Moschi idyllia campestri animum voluptate mulcebunt. Quid muliebre ingenium, quid femineum melos valeat, Sappho, Myrtis, Corinna ostendunt, quae postremae cum Pindaro de laurea apollinari decertarunt. Refugit uberrima rerum imagine territus animus, quum vatem illum intueor, de eius patria Salaminii, Chii, Colophonii, Rhodii, Smyrnaci, aliisque populi contendenterunt. Quis enim in *Odyssea*, quis in *Iliade* locus venustrissima caret imagine? Quid non sublime, quid non absolutum, quid non affabre elaboratum, quid non deorum heroumque dignitati respondens? Iuppiter nutu conentit olympum, Neptunus tridente aequora quatit, Mayors medias inter acies furore aestuat. Apollo nocti

(1) Cfr. num. sup.

similis descendit, e eius humeris argentea pharetra tinnitum ciet. Pallas aegida gestans inter phalanges saevit, Iuno soror et coniux Iovis modo querelis, modo blanditiis flectere supernum regem conatur. Qua vero virtute, quam varia indole heroes? Nestor annis et prudentia gravis, e eius ore hyblaci nectaris rivi dimanant, dissidentes animos sedat, Agamemnon regiam dignitatem vultu verbisque praeseferens, Ulysses callidus, vehemens Diomedes, impavidus Ajax, fortis Hector, Thessalus vero Achilles ira et ense metuendus, sanctumque amicitiae foedus uelicens. In *Odyssea* ventorum marisque ludibrium Ulysses, in Phaeacum insula, apud Aleinoum propositi memor, fida Penelope, Thelemaeus iuvenili parentis visendi studio aestuans. *Aeneidos* vero sublime opus, quod musae manibus ad sidera extulere, nomine totum homerica imitatione florescit? Utque panca attingam, aeolici antri, punici portus, procellae descriptio nonne ex *Odyssea* deerptae? Minerva Ulyssi, Venus Aeneae occurrit ignota: hic ad Didonem, ille ad Aleinoum nube septi accedunt: Demodocus inter epulas canit, Iopas carmen aureis fidibus modulatur. Ludi ad Anchiseae tumulum instaurati per quam eorum similes, quibus Achilles Patrocli manes paeavit. Virgiliana Palinuri obtestatio, sacra diis stygii, Deiphobi descriptio, Tityi supplicia nonne Helpenoris preces, saera Ulyssi, Agamemnonis supplicium, Tantali poenas imitan- tur? Iure ergo Macrobius affirmit, omne opus vergilianum de homerie operis speculo coruscare. Equis vero ibit inficias, plurimum georgica Hesiode, bucolica Theocrito debere: quis neget, Horatium a Pindaro, Propertium a Callimacho, Terentium a Menandro, aliosque vates a graecis suaviores flores, cœu argumentosas apes, delibasse? Quid etruscos vates, quid Petraracham, quid recentiorum nomina proferam, in quorum versibus atticae venieres efflorescent? Ut enim mella quae thymo redolent, puriora, sic carmina, quae argivum quid sapient, suaviora censemur.

Sed iam vela contraham; nec milii dicenti longiori ambitu opus reor, ut ostendam, plurimum graecis litterariam rem publicam debere.

*Vos exemplaria graeca  
Nocturna versate manu, versate diurna.*

A. ANGELINI.

## DE SANCTORUM MENTE.

**L**IBELLUS ab academia Gallia laurea corona donatus, quem Henricus Joly præsbyter seripsit (1), Sanatos omnes, quos vocamus, viros, et quos Ecclesia peperisse gaudet et colit discutit, quales sint docet, eorumque laudem eoram hodierna humanitate vindicat. Sanctitatis enim formam et nomen non omnes populi pari modo respexerunt. Sinenses eam perfectam rectitudinem esse crediderunt, qua homo caelestes voluntates ad congruum adimplat; Graeci eum deorum moribus propriis compararunt, ac Buddhistæ præ ceteris hanc reiecerunt mentem, sanctitatem in hoc constituentes ut homo nimirum a pia omni eum reis

(1) *Psicologia dei Santi* di ENRICO JOLY. (Versio italica. — Romæ apud Desclée, Lefebvre et soc., 1904).

religione seiunctus seipsum ad nihilum redigat vitamque deleat, quae malum et dolor est, ut Nirvanae beatitatem assequatur.

Hebrei Deum tantum Sanetum esse iure dixerunt; sed paullatim ab Eo tantam virtutem et gratiam hominibus tradi posse intellexerunt, ut homo quoque ad perfectionem contendere, licet infirmus, nisi valeat.

Christiani id compleverunt consilium; nam Christum Deum et hominem pro viribus imitari nostri Sancti nituntur, eiusque imaginem in corpore suo, ut Paulus ait, circumferre. Perfectae huins sanctitatis Apostolus ipse exemplum exstitit; sed a summi ingenii viris Sancti omnino distinguuntur. Dum enim magni illi viri hominum tantum plausus, atque suorum operum gloriam quaerunt, Sancti contra animae suae incrementum comparant et virtutum. Ea inter vero neque vim ingenii, si adsit, Sancti abiiciunt, neque naturae auxilia conculeant vel pulchritudinem, sed utrisque ita utuntur veluti auxiliis, quibus animus ad perfectionem assurgere queat.

Verum etsi naturae deficiat bonum, Sancti exsurgere quacumque ex condicione humana possunt; tribus nimirum virtutibus fide, spe atque caritate innixi, quae a divina gratia proficeuntur. Attamen naturales quoque exercit virtutes, suamque indolem haud conterunt, sed cohident et temperant, et ad Deum adducunt.

Mentiuntur profecto qui nervorum morbis Sanctorum gesta enodare praesumunt; nam ea vix phaenomena eo modo intelligenda essent quae extraordinarium aliquid praeseferunt, extases nimirum aut raptus, aut prophetia. At non huiusmodi in gestis Sanctitas tuto consistit, quae immo et ipsa S. Theresia a Iesu, Carmeli Seraphina, ut vehementer dubia respuit; quod pariter etiam de miraculis dicendum est.

Fide contra et caritate Sancti vivunt, et humiliati innituntur; quodsi aliquando extasibus quoque obnoxii sunt, purissima extasis eorum esse debet, non ex morbo procedens, ut naturales extases, neque ex diabolo, quae obscenos motus plerumque corporibus infert; sed ex divino prorsus favore; unde fit ut, dum sensus dormiunt, animi vires vigilant et suavisima beatitudine perfundantur.

Neque histerico morbo plerique Sancti corripiuntur, dum extasim patiuntur; nam ea plerumque per brevis est, neque morbis dolores sed pacem affert et suavitatem; eaque perdurante voluntatis vis praevalida in Sanctis remanet.

Non itaque animi vires pessimadantur in Sanctis; immo augmentur et convalescent simul, et altissimos vertices voluntate fortissima arripunt.

Reliquis animi viribus optime pariter Sancti utuntur; nam si phantasiae diffidunt, ex metu id procedit, quem fovent, ne eius devio cursu a divinis nimium abducantur; si intellectu timet, id ex erroribus crebris atque ex misera humanæ mentis obscuritate et fallaci virtute procedit; non ideo tamen quod humanæ mentis vim et aciem despiciant. At voluntate præcipue utuntur, quae magna in ipsis est, fortis, amore incensa ad bonum fratrum, ad Deum enixe contendens: Deum primum dilectionis

objecum amant, deinde fratres omnes passione divina regeneratos, eiusque dilectione dolorem fortissime tolerant, immo diligunt, et quaerunt. Quamobrem vel maximos inter moerores summa semper felicitate Sanctorum anima gaudet.

Hominis vita, ut ipse scriptor operis suum concludit libram, tria complectitur, quae Sanctus Ignatius optime enucleavit: earnem, mundum, Satanam; at Sanctorum contra vita omnis contraria tria habet: Spiritum, Ecclesiam, Christum. Spiritus earnis omnes cupiditates et impetus vincit et pacem in homine restituit; Ecclesia homines omnes bonae voluntatis congregat et a fraternis odiis et ab omni superbia ad mutuam dilectionem adducit; Christus denique vitia omnia, quoram parens Satanus est, fudit, ab eorum servitute Sanguine suo homines vindicavit, nostramque humanitatem ipse a Cruce restituit, atque in portum felicitatis, praemium aeternum animis factum, exspectat.

## RUSSORUM HEROES.

**Q**uo tempore Arthurus rex vivebat, quumque Isaotha, flava illa regina, Tristanum amabat, Vladimirus princeps, Kiewii dominus urbis, Russos fortis viros et ipse secum ad convivia habebat, quos populares gentis vates suis adhuc earminibus celebrant. Ipsi, *bogathyrii* nomine dicti, ad epulas principis concedentes titanicas pugnas suas contra montanum serpentem narrabant, contra avem horridum « Soloveium », contra tartaros, gigantes, amazonas.

Uxor principis Apraxia, lectissima foemina, narrantibus miscebat vinum, quod aureis potulis invicem propinabat, dum poeta cantus amoris et belliea carmina eithara ludit postrisque Sanctae Russiae gloriam commendat. Heroum celeberrimus Ilias Mouramius erat — agricultae filius — qui divino numine ad patriam tuendam vocatus, contra prodigia, monstra, pyratas, paganos, aratum linquens gladiumque distingens decertabat. Is Sviatogorii vim prodigiosam a Diis accepit, qui, morte post ingentem gloriam victus, iunioribus aemulis nova certamina reliquerat. Ilias enim Soloveium illam avem tetricam necaverat, quae, leonis ad instar rugiens, urbes sybilo diruere potens erat. Latronum deinde quadraginta millia maestaverat, et a Vladimiro urbis maximae custodiam accepit.

Iliae proximus celebritate et nomine Dobryna, montani serpentis vinctus. Qui Poutchaio in flumine igneos volente fluetus vivens, ad christianorum oppida suas ut victimas raperet descendebat. Zabavam, Vladimiri nepotem, quum vi abstulisset, una cum multis regibus et ingenti exercitu captivam refinebat; at virtute sua serpentem Dobryna ingulavit, omnesque libertati reddidit. Amazonem vero Dobryna quum esset aggressus, haec flavos eius capillos arripiens, virum post sese traxerat, deinde una cum equo in peram occluserat suam. At mox eum contemplans iuvenemque decorumque cognoscens uxori eius humili pariterque devota ei facta est.

Alecha Popovitchius tertius erat e Vladimiri domo heros, qui Tougarinum alatum gigantem oppressit. Potykius, Ivani filius, una pariter

sedebat, qui dum virginem pulcherrimam uxorem duxisset, eur si Audotia ante Poty men em uxore sepe Audotia statim mor etus una cum bellic mulieris descendit. A serpens eum aggredit emittebat; Potykius necat; mirabile dictu Audotia vitam recuper

Soloveius contra madiae litore aut Vene accipitre nomen, seriesque pellibus, arboribus. A Vladimiro su est; quum autem men eithara ludere coepit rierit, quae eidem nu

Dionkius, qui solem sagittasque coniiciebat colligebat, comes his virus, quem uxor a vir iniuste fuerat coniectus, qui Tartarorum trucidaverat.

At heroes illos super radix, pessum dedit. Q et invincibilis crederat, lites Deus in eos misit aggressi, multiplicata vulnera, Ilinum comite lapides commutarunt.

In Onegae fluminis cantus in honores Vassilius quoque kum mercatorem celebri serviebant, qui Vlad Vassilius quum ebri in iuriam dicit atque vitatis. Domum redi elusus est, quae metu principi et populo margaritarum plena impetraret. At rex ipsius spuerunt et vitam iuv

Tres per dies Volk mites et amici pugna tetricam, dum ille dem puella quaedam apparuit, quaeque fievea egressus eueurrit tot enecavit hostes, rorum mulierumque Tandem, matre inter lanus alter, placavit pereit.

Sadkus contra merc Tartaros non pugnabat manus nordicos portu tempestatis et pro sua navi ac thesauri usque regis dom

Heroum postremus eeps, qui contra barb

tres omnes passione  
dilectione dolorem  
ligunt, et quaerunt.  
er moeres summa  
anima gaudet.  
criptor operis suum  
lectitur, quae San-  
avit: carnem, mun-  
contra vita omnis  
m, Ecclesiam, Chri-  
cupidates et im-  
omine restituit; Ec-  
voluntatis congre-  
omni superbia ad-  
Christus denique  
Satanas est, fudit,  
suo homines vin-  
statem ipse a Cruce  
licitatis, praemium  
xpectat.

## HEROES.

x vivebat, quumque  
na, Tristanum ama-  
ewii dominus urbis,  
seeum ad convivia  
tis vates suis adhuc  
*logathyrii* nomine  
nsedentes titanicas  
m serpentem nar-  
lum « Soloveium »,  
amazonas.  
ectissima foemina,  
n, quod aureis po-  
dum poeta cantus  
ithara ludit poste-  
oriam commendat.  
Mouramius erat -  
numine ad patriam  
digia, monstra, py-  
quens gladiumque  
viatoriorum vim pro-  
qui, morte post in-  
ribus aemulis nova  
im Soloveium illam  
t, quae, leonis ad  
irnere potens erat.  
ta millia mactave-  
aximae custodiam

et nomine Dobryna,  
i Poutchaio in flu-  
s vivens, ad chri-  
tmas raperet de-  
ri nepotem, quum  
regibus et ingenti  
at virtute sua ser-  
mnesque libertati  
bryna quum esset  
apilos arripiens,  
de una cum equo  
t mox eum con-  
mque cognoscens  
evota ei facta est.

erat e Vladimiri  
alatum gigantem  
ius, una pariter

sedebat, qui, dum venationi intendit, Audotiam virginem pulcherrimam invenit. Quam quum uxorem duxisset, cum ea pactionem inivit, ut si Audotia ante Potykiu moreretur, ipse tam en cum uxore sepeliretur. Post nuptias ecce Audotia statim moritur; Potykius cataphractus una cum bellico equo suo in sepulcrum mulieris descendit. At media nocte montanus serpens eum aggreditur, qui flamas ex oculis emittebat; Potykius incursum impatiens eum necat; mirabile dictu! vix ac draco moritur, Andotia vitam recuperat.

Soloveius contra marinus fuit heros, ex Scan-diae litore aut Venetiarum navi vectus cui ab accipitre nomen, sericis velis instructa pretiosisque pellibus, arboribus aureis, argenteis fū-nibus. A Vladimiro summa humanitate acceptus est; quum autem mensae assideret tam suaviter eithara ludere coepit, ut Zabavam amore ferierit, quae eidem nupsit.

Dioukius, qui solem et lunam in pileo gestabat sagittasque conificiebat die incensas, quas nocte colligebat, comes his erat, una cum eo Stavrus, quem uxor a vinculis liberaverat in quae iniuste fuerat coniectus, et Vassilius ille ebriosus, qui Tartarorum centum et viginti milia trucidaverat.

At heroes illos superbia, malorum omnium radix, pessum dedit. Quum enim sese invictos et invincibilis crederent, duos fortissimos milites Deus in eos misit, qui quum omnes essent aggressi, multiplicatis militibus per ictus et vulnera, Ilium comitesque fuderunt atque in lapides commutarunt.



In Onegae fluminis regione agricultae bellacos cantus in honorem Kievii herorum iterantes Vassilius quoque Bouslaevitchium et Sadkum mercatorem celebrant. Novgorodio regi hi serviebant, qui Vladimiro semper hostis fuit. Vassilius quum ebrinius esset, Novgorodio regi iniuriam dicit atque omnibus principibus civitatis. Domum rediens in cavea a matre conclusus est, quae metuens ne filius occideretur, principi et populo pocula auri, argenti et margaritarum plena obtulit, ut veniam filio impetraret. At rex populisque oblata dona respuerunt et vitam iuvenis magna voce petiere.

Tres per dies Volkhofio in ponte Vassilius comites et amici pugnam sustinuerunt cum populo teterimam, dum ille in cavea dormit. At tandem puella quaedam nigra et suavis somnianti apparuit, quaeque fiebant docuit. Tunc ille cavea egressus eucurrerit ad pontem brevique hora tot enecavit hostes, ut iam de patriae, liberorum mulierumque salute omnes desperarent. Tandem, matre intercedente, Vassilius, Coriolanus alter, placavit iram et inimicis suis percit.

Sadkus contra mercator adversus Russos ant Tartaros non pugnabat. A Caspio mari ad Germanos nordicos portus undas persulcavit, ac tempestatis et procellis superatis Accipitre sua navi ac thesauros ingentes ferens, ad marinu usque regis domus descendit.



Herorum postremus tempore Igorius est princeps, qui contra barbaros innumeros Russorum

res tuebatur et Iaroslauiae sponsus factus eum patriae non amisit; eius de gestis carmen adhuc superest populo, quod, ut Gallis Rolandi cantus, ita Russis epis habetur. Hunc saepe repetunt hodie cohortes, quae contra Iaponios ultimo in Oriente tot a mensibus pugnant....

## DE IAPONIIS OPIFICIBUS.

**M**ERCATORIA Iaponiorum ars eorumque commercia quibus modis succereverint non indignum, praesenti aetate praecepue, aliqua consideratione est. Huiusmodi enim augmenta, quum bellum quoddam ex improviso erumpat magni ponderis esse ad ipsam belli fortunam solent.

Industribus artibus siquidem postrema aetate eo ritu adlaborare Iaponii cooperunt, ut Angli atque Americani fecerant. Qua de re eorum quoque nonnullae urbes anglicam veluti faciem, ut Osaka urbs, viatoribus exhibit. Sed ut tantis artibus opificum turbae satis magnae adessent, ex agris atque ex oppidis vocare plebem ibi quoque oportuit. Verum opifices illi, ut sunt plerique mente alacres et labore tenaces, brevi quidem tempore suam artem didicerunt. Neque vis tamen neque constantia Europaeorum Iaponiis est, qui parum oboedientia vincuntur, qui facilem praebent otio animum ac desidia.

Laborum vero huiusmodi renumeratio, etsi parumper post Sinense bellum adaueta sit, exigua tamen adhuc et perquam minima censemur, quum homines vix diurnam libellam opera sibi comparent. At, deficientibus viris, ibi quoque mulieres puerique ad opus conserbuntur, ut Sigfriedius Germanicus scriptor auctor est, qui Osaka in urbe pueros vix sex annos natos operi manuum intendere oboli mercede vidit, ad octo usque horas in die. Quod si, exacto feliciter Sinensi bello, huiusmodi operum merces sublata est aliquantulum, magis tamen escarum pretium erexit, ita ut opifices inde detrimentum magis quam iuvamen acceperint.

Qui profecto eo ritu ubique vitam trahunt, ut nec aegrius, nec peius possit nemo. Qui curru agunt, qui reliquias et fragmenta colligunt per vias, portuas et mercatorii baini ceterique huiusmodi, nemo satis dicat qua egestate, qua tenuitate vitam ducant. Duas libellas pretium cubiculi non aequat, integra ubi interdum familia sumit requiem. Stratum, ubi membra ponunt, vix unum est idemque pauperrimum.

Vestes non habent nisi laceras et interpolatas; indusiam usu detritam a mercatoribus pauperum vix duobus obolis emunt. Barbitonsores sex obolis tondent, capillos tribus obolis resecant. Legumina piscesque misellis sunt cibus, quos vix quinque obolis universa familia comparat.

Theatra tamen pauperibus patent hoc quidem pretio: pro aditu solvuntur oboli decem, jusque humi sedendi gratis datur; pulvinar si volueris duos obolos addes; si tabacum et potum, quinque. Cubiculum in hospitio decem obolis praebetur, potumque ad libitum calidaque balnea hospiti praesto erunt. Sunt et cauponae, ubi vinti quinque obolis satis ciborum habetur.

Verum quum desit labor officinarum, vel quum morbo quis corripiatur, foeneratorum praeda fit, qui in duplum usque foenus exigunt. Hieme rigente quae sit pauperum vita coniici potest, qui in aedibus miseris viventes, chartaceas fenestrinas habent, tegumentaque corporis nulla, nisi quae simul patrem filiosque obtegere valent.

Leges quae manuum laborem tueantur nullae adhuc in imperio sunt; quamobrem in maximis passim officinis tum opifices, tum eorum pueri pessima aviditate dominorum muletantur. Com-rum populi legatis, hand semel nihilominus ro-gationes oblatae sunt de labore manuum dignis pactionibus tuendo; sed multa aetas effluet antequam huiusmodi consilia agitantur, quum praesertim opifices a suffragio ferendo in co-mititis prohibeantur.

At in maxima opificium multitudine non nulli iam coalescent viri intellectu potiores, qui sui ordinis instaurationem ut parent admou-dum satagunt. Seu Josef-Kataiana ipsis dux censemur, qui Tokio iam posuit pueris asylum, operariis athenaeum condidit, Caroli illius Lasalle librum vulgavit, atque commentarium de conditione opificium bis in mense praelo edit.

Iamque a disceptationibus ad operam manus conferuntur. Tokio enim in urbe hypothetarum sodalitium bis mille sociis constat; fabrorum vero bis mille et quingentis. Augentur immo-late et ubique huiusmodi opificium sodalitia, atque desertiones, ut nostris gentibus mos est, ita pariter in Iaponia fiunt.

Nihilominus, ut diximus, progressus totius rei latus plerumque et tardus videtur: Iaponii enim opifices disciplinae vi parumper hactenus continentur. Inconstans animi indoles; quae, quum acriter pugnandum domi sit, cedit, quum-que recedendum sit, contumax in incepto per-manet. Verum etsi nulla fuerit opificium con-cordia et voluntas, hodierna artium commercio-rumque respublica ea Iaponiis est, quae quovis modo tandem aliquando ditiores ad medendum tot malis compellat.

Attamen industribus artibus quomodolibet adauantis maximeque dilatatis Iaponiorum com-mercia a peregrinorum ditione paullatim vindicata sunt. Quamquam res non adeo perfecta est, ut nullum supersit Europeis vel Americanis gentibus lucrandi spatium; quamquam sunt qui eenseant Iaponios omnes mercatores esse infidos et data opera periuros. Rem tamen hand omnino ad unguem veram habeas, quaequo. Nam ad erudiendos eos qua arte quaque ve-ritate commerciorum ars exercenda sit, ludus iam Tokio in urbe est ad rem constitutus, quem optimum quidem plurimi doctores habent, similium omnium Indorum qui hactenus per orbem numerantur. Quare brevi hac quoque com-merciorum arte a Iaponiis videbimus Anglos forte adaequare.

*Albus ut obscuro detergit nubila caelo  
Saepe Notus, nec parturit imbre  
Perpetuos, sic tu sapiens finire memento  
Tristitiam vitaque labores.*

HORAT.

*Virtute ambire oportet, non fautoribus:  
Sat habet fautorum semper, qui recte facit.*

PLAUT.



FABULAE SELECTAE FONTANII  
A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE

PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS (\*)

CXXXIII. — TESTUDO ET ANATES.  
*Cauta parum, quam nativi taedebat agelli,  
Testudo terras arsit adire novas.  
Saepe peregrinam patriae praeponimus oram,  
Nec raro tectis claudior exit anus.  
Forte duae subeunt anates, aperitque repente  
His domiporta suum garrula consilium.  
- « Voti - sic volucres - per nos eris haud male compos,  
Per nos, quae spatium findimus aethereum.  
Alis subnixae, te nos vectabimus illuc,  
Ferrida quo tua mens tendit, in Americam.  
Urbes interea, quarum meminisse iurabit,  
Fas erit et gentes visere mille novas.  
Longius ibis Ulysse rago.» Miro, quis Ulyssem  
Indiderit cerebro, gens anatina, tuo.  
Assensit tumidis testudo credula verbis,  
Mercea vecturae mox numerata fuit.  
Machina fit, quae replantem sustollat in auras;  
Machina ramus erat longulus atque teres.  
Ramum testudo medium mordere iubet;  
Aligerae mordent fustis utrumque caput.  
Nec mora, testudo sublimia fertur ad astra,  
Fertur ad astra s'mul cornea tota domus.  
Obstupet aspectu plebs undique, « Prodigiumque! »  
Clamat, et ingeminant sidera « Prodigium! ».  
« Prodigium » reboat mare, reginaeque volanti  
Plaudit, quae secum ferre cubile queat.  
- « Sic est, sublimis merito regina salutor;  
Sic est - recta refert - nubibus imperito. »  
Quam domiporta magis sapuisse, cauta viatrix  
Ac tacitura suum si tenuisset iter!  
Namque relaxato dimisit ab ore bacillum,  
Et silices inter, pondere tracta, ruit.  
Ipsos ante pedes plaudentum rumpitur eheu!  
Funeris atrocis causa superba sui.  
Est ritum quadruplex, quod ab uno stipite natum,  
Ramos usque malos fert, neque dissimiles.  
Garrulitas audit, sitis improba cuncta videndi,  
Mens praecipit, vanae laudis ineptus amor.*

CXXXIV. — PISCES ET PHALACROCORAX (1).  
*Hactenus e stagnis vicinis prandia rostro  
Carpserat oblongo lauta phalacrocorax.  
Iunior, haud aegre cellaria vasta replerat;  
At Fortuna secus coepit habere senem.  
Membra rigent, fit sanguis invers et sensus hebescit;  
Promittit e tenui via levis esca penu.  
Fluminis ira nequit rimari lippus oculus,  
Praedaque piscantem iam fugit omnis aven.  
Pauperies auget eo, quod retia desunt  
Corrino generi, pensilis hamus item.  
Re sed in angusta fit mens astutior; artem  
Hanc docuit corcum dura magistra, Fames:  
Cancer oberrabat stagni per littora; captum  
Hisce phalacrocorax vocibus alloquitur:  
- « Dic - ait - undicolis (quae res mihi credita soli)  
Impendere necem, ni sibi provideant.  
Stagni nam dominus, decimo via sole suberto,  
E liquida pisces tollere sede parat. »  
Maturat cancer rem prodere; gensque lacustris  
Territa concurrit, conciliumque vocat.*

(1) Avis piscatrix, quae, quia calvo capite est, a græcis phalacrocorax (corvus calvus) appellatur.

*Mittitur et qui dicat ari: - « Clarissime corre,  
Haec te quis docuit? dignus an ille fide?  
Quod si res constat, die, qua ratione propago  
Hanc a se cladem pellere nostra queat. »  
- « Hos mutate lares », avis inquit. - « Qui tamen illud  
Fiat? » - « Soteri fiet id arte mea.  
Est secreta mihi domus, unis cognita divis,  
Cuius nesci iter perfidios homo.  
Fodit ibi natura lacum lymphisque repletum;  
Illuc ros saluos, gens mihi cara, feram. »  
Creditur huic, qui mox cunctos ex ordine pisces,  
Rostro sublatos, ad nova tecta rehit.  
Hos rafra angustis includit sedibus hostis,  
Quae nitet illimis lymphas, profunda parum.  
Hinc pisces nutuque suo nulloque labore,  
Nunc hos, nunc illos, eruit expositos.  
Ne fidas, bona plebs, blandis avidisque tribunis.  
Rem damno pisces heu! didicere suo.  
Quamquam non adeo miserandi; quos nisi crudos  
Corvus edat, coctos saevior haurit homo.  
Quid refert pecudi, qua fauce voretur? eamdem  
Vis humana parit risque lupina necem.  
Unque mactandis superaddita labilis hora,  
Censemur lerius res et egena nimis.*

CXXXV. — AVARUS EIUSQUE SOCIUS.

*Auri vim magnam cumularat ararus; ararus  
Nunc meditatur, ubi flava metalla loeat.  
Anceps cui committat opes, suspirat agitque  
Noctes sollicitas sollicitos dies.  
Suevit Araritiam comitari Inscitia crassa;  
Altera nempe soror dicitur alterius.  
Nummos vir statuit tectis efferre, fuitque  
Haec initi ratio sordida consilia:  
- « Sumptibus immodicis (adeo sum prodigus!) aurum  
Absumam praesens; id mihi surripiam. »  
- « O caput helleboro purgandum, quid mihi garris?  
Utens re propria, rem tibi surripias!  
Absona ne blateres; audi quae suadet amicus,  
Audi septenis dogmata digna sophis:  
Nil prodest, sed obest aurum, quo nolit honeste  
Uli possessor stultus itemque miser.  
Die age, risne senex, cum vires frigerit aetas,  
Securi tandem commoda, sera nimis?  
Fructu si careas auri, quid inutile pondus  
Serras? quid cumulos aggeris usque noros? »  
Tutior haud deerat nummaria mensa; cavernae,  
Davo teste, suas credit avarus opes.  
Quas tamen ut noctu, revolutu mense, revisit,  
Præter inane carum nil superesse dolet.  
Perfidiam socii tum comperit; hunc sed amicā  
Voce salutatum: - « Cras, bone Dave, - monet; -  
Cras mihi stat reliquis, quos nota caverna recondit,  
Aureolis fratres addere postgenitos. »  
Reddere fur antro properat sublata metalla,  
Scilicet aucta ratus mox redditura sibi.  
Fallitur at Davis, dominusque reperta talenta  
Ad sua directo tramite tecta refert.  
Idem, iam sapiens, non cogitat assibus asses  
Addere perpetuos; utitur aere suo.  
Interea Davis vacuam furit ante cavernam.  
Fallere fallacem saepe labore vacat.*

(\*) Cfr. an. VIII, num. IV. — Ut sociis a nobis potentibus morem gereremus, volumen in quo omnes fabulae continentur apparavimus, qui iam in prompta est. Apud *Vox Urbis* administratorem igitur qui voluerit requirat, at mittat simul eius pretium lib. 1,25, praeter diritorum impensas, quae sunt in Italia lib. 0,10; extra Italiam lib. 0,25.



COLLOQUIA LATINA

Arma scholastica<sup>(1)</sup>.

AMBROSIUS. — Restant nomina secundi ordinis.  
MICHAEL. — Quaenam illa?

A. — *Charta*, sive *papyrus*, quorum folia *seapus* colligit. Iam chartarum alia vocatur *Augusta*, tenuis nempe et candida, ad epistolas accommodata, cui nomen ab Augusto. Hunc generi accedit *phylira*, quae vox quum exsili illi membranae tribueretur inter corticem et lignum tiliae arboris — Graece enim tiliam significat — qua etiam ad scribendum usi sunt veteres, folia illa indicare non immerito potest, quae quidem anteferimus, quum... ne pretium duplex aut triplex fiscalis cursui solvamus, pondus pro epistolis communibus constitutum exceedere nolumus; artificium profecto minime dolosum! Ceterum charta appellatur *dentata* quando polita appareat ac laevigata dente apri, aut huiusmodi, ut calamus currat expeditius; *bibula* quum transmittit litteras. *Claudiana charta* — vulgo *regia*, *imperialis* — est amplio folio et crassa; *emporica* sive *emporetica* est mereibus involvendis idonea, unde euenii et involuera fiunt. Charta, ex qua nullum est descriptum exemplar *virgo* dicitur; *pura* in qua nihil est litterarum; *pergamena* denique, seu *membrana* (absolute) quando ex membranis bestiarum, praesertim ovium, conficitur. Haec de chartarum generibus.

M. — Est vero genus a te omissum, cuius nostro tempore magnus est usus ad epistolia mitenda, sive tantum, certis appositis litteris, ad omnia, gratulationes et similia significanda. Habent scriptoris nomen typis plurimque impressum; *schedulam* ne an potius tesseram dicemus, ad instar?...

A. — Quin imo *Pugillares* malo appellare; quae vox, licet absolute inveniatur, revera est adiectiva, *tabellae*, *codicilli*, *libelli* subaudiens.

M. — Undenam, quaeso, vocabulum hoc deduxisti?

A. — Ab ipso Latinorum sermone, qui sic tabellas ligneas vocabant vel ex alia materia, ita ut pugillo facile tenerentur. Citreos, eburneos atque etiam membraneos pugillares memorat *Martialis*, quos postremos, cultum antiquum satis revocantes, nuper in morem induximus. Nihil enim sub sole novi!... At nostrum iter pergamus. Ut scribas opus est atramento scriptorio sive *librario*.

M. — Cur illud addidisti « scriptorium » sive « librarium »?


A. — Quod alind est *atramentum fuligineum*, quo utuntur typographi, aliud *sutorium* quo caleeos sutores expoliunt, aliud *tectorium*, quo teguntur parietes; quamquam consuetudo, quae est verborum domina, nihil solet adiicere. Ita *atramentarii* nomine distinguitur vaseulum illud atramentum continens, in quo *calami* ad scribendum inferuntur; quum contra *calamariam thecam* sive *calamothecam* sive *calamarium* aut *graphiarium* dicere malo vas, ubi calamos reponimus (2). Qui quidem calami apud patres nostros ab *anserinis pin-*

(1) Cfr. num. sup.

(2) Italice *pennaiuoto*.

nis iisque crassiori  
crenæ per graphian  
sive scalpra libra  
fiebant; nos autem  
heic quoque rediviv  
ac machinis perfec  
scribendum calam  
M. — Annon putas a  
indigere?  
A. — Praecipua rece  
tua necessariis non  
seu *pixidem* arenar  
*lingulam* seu *ligula*  
cidendas; et *fibulan*  
rumque mucronatut  
servare volueris, tr  
*sigillum ceramque*  
*hispanicam* appellat  
*normulas*, *lineas* v  
chartam dueendas;  
neata, quae chartae  
aberretur, atque ide  
cantur. Neque inutil  
*cina*, quibus circulos  
possis, *staterula* ad  
blico diritorio com  
gal a civitate constit  
*laria* (1) solves. *Ap  
lula*, in quam superv  
praesertim in aestate  
agros et versiculi c  
vini haustus. Etenim  
*Ingenium potis i  
Bacche, soles Ph*

M. — Optatissimum qu  
minasses hoc primo  
quod etiam instrum  
sticis; idque non int  
Quam vero dum ex  
rimas agens, interim  
(1) Italice *francobotti* pos



DE SUMMA B. PI

O PTIME ordinata soc  
eam digno imper  
dimus. Absque eo enim  
vivere illa potest; nam  
bitrium regnat et omni  
civilis societate dicim  
secus asserere oportet:  
iuxta civilem societatem  
ea omnino distinguuntur

Visibilem atque dur  
Christus Iesu condid  
omnia loca et tempora  
plecti voluit. Antequa  
queret solum, discipul  
nomine eam regeret et p  
Ipse vicissim a Patre

Atqui revera Christus  
tro tradidit quum ait ill  
» riona, quia caro et sa  
» sed Pater meus qui i  
» tibi: Quia tu es Petru  
» aedificabo Ecclesiam  
» non praevalebunt ad  
» claves regni coelorum

## A LATINA

astica<sup>(1)</sup>.

mina secundi ordinis.

la?

s, quorum folia *scapus*  
alia vocatur *Augusta*,  
da, ad epistolas acco-

Augusto. Hinc generi  
vox quum exsili illi

inter corticem et li-

Graece enim tiliam  
ad scribendum usi sunt

pare non immerito po-

ferimus, quum... ne

lex fiscali cursui solva-

is communibus consti-

tus; artificium profecto

rum charta appellatur

apparet ac laevigata

odi, ut calamus currat

m transmittit litteras.

*regia, imperialis -*

*emporica sive empo-*

rvendis idonea, unde

junt. Charta, ex qua

exemplar *virgo* dicitur;

litterarum; *pergamena*

(absolute) quando ex

praesertim ovium, con-

trum generibus.

omissum, cuius nostro

sus ad epistola mit-

ris appositis litteris,

es et similia signifi-

cis nomen typis ple-

*hedulam* ne an potius

nstar?...

malo appellare; quae

veniatur, revera est

*licilli, libelli* subau-

vocabulum hoc de-

sermone, qui sic ta-

vel ex alia materia,

eruntur. Citreos, ebur-

aneos pugillares me-

ostremos, cultum an-

tes, nuper in morem

sub sole novi!... At

Ut scribas opus est

*librario.*

« scriptorium » sive

*mentum fuligineum,*

aliud *sutorium* quo-

nt, aliud *tectorium*,

quamquam consue-

ta domina, nihil solet

nomine distinguin-

mentum continens, in

inferuntur; quum

sive *calamothecam*

*hiarium* dieere malo

nus (2). Qui quidem

os ab *anserinis pin-*

nis iisque crassioribus substituti sunt, quibus crenae per graphiarios gladiolos, — scalpellas, — sive scalpra libraria ab aliis nuncupatos, fiebant; nos autem ad veteres quodammodo heic quoque redivimus, quum, novos scilicet ac machinis perfectos, stylas ex chalybe ad scribendum calamis addere solemus.

M. — Annon putas aliis quibusdam armis nos indigere?

A. — Praecipua recensui. Ut enim zolhecula tua necessariis non indigeat, addes thecam seu *pixidem arenariam* sive *pulverariam*; et *lingulam* seu *ligulam* ad librorum chartas residendas; et *fibulam epistolicam*, ferrum plerumque mucronatum ad chartas, quae conservare volueris, transfossas colligendas; et *sigillum ceramque sigillarem*, quam vulgo *hispanicam* appellamus, et plures *regulas* seu *normulas*, *ligneas* vel *ferreas*, ad lineas per chartam ducendas; folia denique ea iam lineata, quae chartae subiiciuntur ne a recta aberretur, atque ideo *regulae suppositae* vocantur. Neque inutiles tibi erunt *forcipes*, *circina*, quibus circulos vel alias figurae signare possis, *staterula ad librandas epistolulas publico diribitorio commissurū*, quarum veitigal a civitate constitutum per *pittacia vehicularia* (1) solves. Apud te denique sit *cistellula*, in quam supervacuas chartas mittas, ac, praesertim in aestate, quum sirius ardor findit agros et versiculi componuntur, moderatus vini haustus. Etenim

*Ingenium potis irritat Musa poetis,  
Bacche, soles Phoebo fertilis esse tuo.*

M. — Optatissimum quidem instrumentum! Nominasses hoc primo loco, una cum pecunia, quod etiam instrumentum opus est scholasticis; idque non interdum, sed continentem! Quam vero dum exspecto, tibi, gratias plurimas agens, interim valedico.

(1) Italice *francobolli postai.*

## DE SUMMA B. PETRI POTESTATE.

OPTIME ordinata societas quoties accipitur, eam digno imperatore egere necesse credimus. Absque eo enim neque consistere neque vivere illa potest; nam, auctoritate remota, arbitrium regnat et omnis lubido. Quae quum de civili societate dicimus, de Ecclesiastica non secus asserere oportet: fidelium enim societas iuxta civilem societatem vivit quamquam ab ea omnino distinguitur.

Visibilem atque duraturam in aevum omne Christus Iesus condidit Ecclesiam; eamque omnia loca et tempora omnia iure merito amplecti voluit. Antequam vero terrarum linqueret solum, discipulum constituit, qui suo nomine eam regeret et potestatem haberet quam Ipse vicissim a Patre acceperat.

Atqui revera Christus hanc potestatem B. Petru tradidit quum ait illi: « Beatus es Simon Barion, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in coelis est. Et ego dico tibi: Quia tu es Petrus et super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam et portae inferi non praevalebunt adversus eam et tibi dabo claves regni coelorum... ». Alias vero quum

eidem Petro dixisset: « Confirmata fratres tuos », hunc quidem primatum eius manibus tradidit super universam Ecclesiam.

Romani Pontificatus gloria haec est, quam minore aut evertere Lutheranorum haeresis omni ope contendit. At post Tridentinum concilium, quod sacra fidei dogmata melius et latius declaravit; post Vaticanum, quod supremam Pontificis potestatem docendi certam firmamque edidit, primatum Petri denegare nulli fidelium iam licet. Iis conciliis itaque Ecclesiae disciplina ita est constituta, ut neque eam frangere neque labefactare enquam datum sit.

Neque custodia Christiani ovilis abduci a Pontifice potest; nam, ea submota, ipsa Ecclesia, quae uia est, tolleretur. Ex ea enim die qua apostoli et discipuli Iesum redivivum

que oceum timet ant ruinam divina illa sponsione fultus: « Ecce ego vobis sum omnibus » diebus usque ad consummationem saeculi ».

Hac mente in Evangelio Petrus Apostolorum princeps semper appetit: atque eorum in actis quum Mathias eligitur, quum concilium tenetur, quum Christiani contra infideles tuendi ab incusationibus sunt, Hierosolymae iam primus erat. Ipse sua vita et suo sanguine Romanam Ecclesiam condidit, atque, ubi erat imperii centrum et caput, ibi ecclesiae centrum et caput constituit.

Modo eius auctoritatem, per viginti saecula non interrupta unquam Antistitum serie Pius PP. X retinet et exerceat, ut Petrus humili quidem genere ortus, at caritate Christi plenus eiusque virtute ad supremum Ecclesiae magi-



audientes Petrum donari ab eo simbolice clavibus ausenlarunt, commissa eius imperio Ecclesia est. Quae per ipsas regiones illius exultas curis, quas aut schisma photianus, aut luterana haeresis ab ea abscederunt, novos tamen asseclas, fideles novos recuperat, dum per barbarorum quoque terras, progrediente humilitate nostra, quam ipsa genuit et aluit, in dies imperium diffundit.

Quae gentes difficile est dictu quam impense Romanum Pontificem venerentur, eius ad solium supplices neque Sinensem legati, neque Iaponensium, neque Afrorum desiderati sunt. Quamquam enim armis et vi destituta, Christi Iesu voce condita Pontificis auctoritas manet, et ad omnia mundi litora extenditur. Nam a Vaticana arce super omnes orbis regiones Pontifex suum imperium extendit et exercet, ne-

stratum electus. Roma vero omnis, purpurata Petri sanguine, diem eius cladi recolendae sacrum festivo apparatu celebrat maxime. Siquidem haec summa, tot inter glorias maiorum, nostra gloria est, Petri et Pauli sanguine initia Fidei nostrae irrorata fuisse, et sacrum nostrum solum eorum corpora tueri.

Quo solemni eventu factum est ut, ubi olim mundi, hodie vero Italiae caput constituitur, ibi a tot saeculis Ecclesiae universae et totius mundi centrum positum sit ad ultimum usque terrae diem non defuturum.

Multarum rerum cognitio aut valde iuvat, aut valde laedit. Iuvat quidem virum dextrum et modestum et commodum; laedit autem eum, qui facile quemvis sermonem et apud quemvis loquitur.

SOCRAT. apud STOBAEUM.

## ACTA PONTIFICA



SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE X

## LITTERAE ENCYCLICAE

AD SACROS UNIVERSI CATHOLICI ORBIS ANTISTITES

DE

CHRISTIANA DOCTRINA TRADENDA

VENERABILIBVS FRATRIBVS

PATERNICHIS PRIMATIBVS ARCHIEPISCOPIS EPISCOPIS

ALIISQUE LOCORVM ORDINARIIS

CVM APOSTOLICA SEDE

PACEM ET COMMUNIONEM HABENTIBVS

PIVS PP. X

VENERABILES FRATRES

SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Acerbo nimis ac difficulti tempore ad supremi patroris munus, in universum Christi gregem gerendum, areanum Dei consilium tenuitatem Nostram evexit. Inimicus namque homo sic gregem ipsum iam diu obambulat vaferrimaque insidiatur astutia, ut nunc vel maxime illud factum esse videatur, quod senioribus Ecclesiae Ephesi praenuntiabat Apostolus: *Ego scio quoniam intrabunt... lupi rapaces in vos, non parcentes gregi* (1). — Cuins quidem religiosae rei inclinationis, quicunque adhuc divinae gloriae studio feruntur, causas rationesque inquirunt; quas dum alii alias afferunt, diversas, pro sua quisque sententia, ad Dei regnum in hisce terris tutandum restitendumque sequuntur vias. Nobis, Venerabiles Fratres, quanvis cetera non respnamus, sis maxime assentiendum videtur, quorum iudicio et praepons animorum remissio ac veluti imbecillitas, quaque inde gravissima oriuntur mala, ex divinarum ignorantie rerum praecepue sunt repetenda. Congruit id plane cum eo, quod Deus ipse per Oseam prophetam dixit: ... *Et non est scientia Dei in terra. Malum, et mendacium, et homicidium, et furtum, et adulterium inundaverunt, et sanguis sanguinem tetigit. Propterea hoc lugebit terra, et infirmabitur omnis, qui habitat in ea* (2).

Et re quidem vera, aetate hae nostra esse quamplurimos in christiano populo, qui in summa ignorantie eorum versentur, quae ad salutem aeternam nosse oportet, communes, eaque proh dolor! non iniustae, sunt quaerimoniae. Quum vero christianum dicimus populum, non plebem tantum aut sequioris coetus homines significamus, qui saepenumero aliquam ignorantiae excusationem ex eo admittunt, quod immittit dominorum imperio cum pareant, vix sibi suisque temporibus servire queunt: sed illos etiam et maxime, qui etsi ingenio cultuque non earent, profana quidem eruditio affatim pollut, ad religionem tamen quod attinet, temere omnino atque imprudenter vivunt. Difficile dictu est quam crassis hi saepe tenebris obvolvantur: quodque magis dolendum est, in iis tranquille iacent! De summo rerum omnium auctore ac moderatore Deo, de christiana fidei sapientia nulla fere ipsis cogitatio. Hinc vero nec de Verbi Dei incarnatione, nec de perfecta ab ipso humani generis restaurazione quidquam no-

runt: nihil de Gratia, quae potissimum est adiumentum ad aeternorum adeptionem, nihil de Saerificio augusto aut de Sacramentis, quibus gratiam ipsam assequimur ac retinemus. Peccato autem quid nequitiae insit, quid turpitudinis nullo pacto aestimatur: unde nec eius vitandi nec dependi sollicitudo ulla: sieque ad supremum usque diem venitur, ut sacerdos, ne spes absit salutis, extrema agentium animam momenta, quae fovendae maxime caritati in Deum impendi oporteret, edocendo summatum religionem tribuat: si tamen, quod fere usuvenit, usque adeo culpabilis ignoranta moriens non laboret ut et sacerdotis operam supervacaneam arbitretur et, minime placato Deo, tremendum aeternitatis viam se euro animo ingrediamur putet. Unde merito seripsit Benedictus XIV decessor Noster: *Illud affirmamus, magnam eorum partem, qui aeternis suppliciis damnantur, eam calamitatem perpetuo subire ob ignorantiam mysteriorum fidei, quae sciare et credere necessario debent, ut inter electos coopentur* (1).

Hæc quum ita sint, Venerabiles Fratres, quid quaeo mirabimur, si tanta sit modo inique dies augescat, non inter barbaras iniquimus nationes, sed in ipsis gentibus quae christiano nomine feruntur, corruptela morum et consuetudinum depravatio? Paulus quidem apostolus ad Ephesios scribens haec edicebat: *Fornicatio autem, et omnis immunditia, aut araritia, nec nominetur in robis, sicut decet sanctos; aut turpitude, aut stultiogium* (2). At vero sanctimoniae huic ac pudori cupiditatum moderatori divinarum rerum sapientiae fundamentum posuit: *Videte itaque, fratres, quomodo caute ambuletis: non quasi insipientes, sed ut sapientes... Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei* (3).

Et plane id merito. Voluntas namque hominis inditum ab ipso auctore Deo honesti rectique amorem, quo in bonum non adumbratum sed sincerum veluti rapiebatur, vix retinet adhuc. Corruptela primaevae labis depravata, ac Dei factoris sui quasi oblita, eo affectum omnem convertit ut diligit vanitatem et quaerat mendacium. Erranti igitur pravisque obsecatae cupiditatibus voluntati due opus est qui monstrat viam, ut male desertas reperat iustitiae semitas. Dux autem, non aliunde quesitus, sed a natura comparatus, mens ipsa est: quae si germana caret luce, divinarum nempe rerum notitia, illud habebitur, quod coecus coeco ducatorem praestabit et ambo in foveam cadent. Sanctus rex David, quum Deum de veritatis lumine laudaret, quod menti hominum indidisset: *Signatum est, aiebat, super nos lumen rultus tui, Domine* (4). Quid porro ex hac largitione luminis sequatur addidit, inquiens: *Dedisti laetitiam in corde meo; laetitiam videlicet, quia dilatatum cor nostrum, viam mandatorum divinorum currat*.

Quod revera ita esse facile consideranti patet. Deum namque eiusque infinitas quas perfectiones nominamus, longe exploratius, quam naturae vires scrutentur, christiana nobis sapientia manifestat. Quid porro? Iubet haec simul summum ipsum Deum officio fidei nos reveri, quae mentis est; *spei* quae voluntatis; *caritatis* quae cordis: sieque totum hominem supremo illi Auctori ac Moderatori mancipat. Similiter una est Iesu Christi doctrina, quae germanam præstabillemque hominis aperit dignitatem, quippe qui sit filius Patris eaelestis qui in caelis est, ad imaginem eius factus cumque eo aeternum beateque victurus. At vero ex haec dignitate eiusdemque notitia infert Christus debere homines se amare invicem ut fratres, vitam heic degere, ut lucis filios deceat, *non in commissationibus, et ebrietatis; non in cubilibus, et impudicitias; non in contentione, et aemulatione* (5); iubet pariter omnem sollicitudinem nostram proficere in Deum, quoniam ipsi eura est de nobis; iubet tribuere egenis, benefacere iis qui nos oderunt, aeternas animi utilitates fluxis huius temporis bonis antepone. Ne autem omnia singulatim attingamus, nonne ex Christi institutione homini superbius audenti demissio animi, quae verae gloria origo est, suadetur ac praecepitur? *Quicumque... humiliarerit se..., hic est maior in regno caelorum* (6). Ex ea prudentiam spiritus docemur, qua prudentiam carnis caveamus; iustitiam, qua ius tribuanus enique suum; fortitu-

dinem, qua parati simus omnia perpeti, erectoque animo pro Deo sempiternaque beatitate patiamur; temperantiam denique, qua vel pauperiem pro regno Dei adamemus, quin et in ipsa cruce gloriemur, confusione contempta. Stat igitur, ab christiana sapientia, non modo intellectum nostrum mutuari lumen, quovaditatem assequatur, sed voluntatem etiam ardorem concipere, quo evehamur in Deum cumque Eo virtutis exercitatione jungamur.

Lонге equidem absumus ut ex his asseramus, prævitatem animi corruptionemque morum non posse cum religionis scientia coniungi. Utinam non id plus nimio probarent facta! Contendimus tamen, ubi erasae ignorantiae tenebris sit mens circumfusa, nullatenus posse aut rectam voluntatem esse aut mores bonos. Apertis namque oculis si quis incedat, poterit ille sane de recto tutoque itinere declinare: qui tamen caecitate laborat, huic periculum certe quidem imminet. — Adde porro: corruptionem morum, si fidem lumen penitus non sit extinctum, spem facere emendationis; quod si utrumque iungitur et morum pravitas et fidei ob ignorantem defectio, vix erit medicinae locus, patetque ad ruinam via.

Quum igitur ex ignorantia religionis tam multa tamque gravia deriventur damna; alia vero ex parte, quum tanta sit religiosae institutionis necessitas atque utilitas, frustra enim christiani hominis officia impletur speratur qui illa ignoret: iam ulterius inquirendum venit, cuius deum sit perniciossissimam hanc ignorantiam cavere mentibus, adeoque necessaria scientia animos imbuere. — Quae res, Venerabiles Fratres, nullam habet dubitationem: gravissimum namque id munus ad omnes pertinet, quotquot sunt animarum pastores. Hi sane, ex Christi præcepto, creditas sibi oves agnoscere tenentur ac pascere; pascere autem hoc primum est, docere; *Dabo vobis*, sic nempe Deus per Ieremiam promittebat, *pastores iuxta cor meum, et pascant vos scientia et doctrina* (1). Unde et Apostolus Paulus aiebat: *Non... misit me Christus babtizare, sed evangelizare* (2), indicans videlicet primas eorum partes, qui regendae aliquo modo Ecclesiae sunt positi, esse in instituendis ad sacra fidibus.

Cuius quidem institutionis laudes persequi supervacaneum ducimus, quantique ea sit apud Deum ostendere. Certe miseratio, quam pauperibus ad levandas angustias tribuimus, magnam a Deo habeat laudem. At longe maiorem quis neget habere studium et laborem, quo, non fluxas corporibus utilitates, sed aeternas animis docendo monendoque conciliamus? Nil profecto optatius, nihil gratius queat Iesu Christo animarum servatori accidere, qui de se per Isaiam professus est: *Evangelizare pauperibus misit me* (3).

Hie tamen praestat, Venerabiles Fratres, hoc unum consecari atque urgere, nullo sacerdotem quilibet graviori officio teneri, nullo auctiori nexus obligari. Etenim in sacerdote ad vitae sanctimoniam debere scientiam adiici, quis neget? *Labia... sacerdotis custodient scientiam* (4). Atque illam reapse severissime Ecclesia requirit in iis qui sint sacerdotio initianti. Quorsum id vero? Quia scilicet ab eis divina legis notitiam christiana plebs exspectat, illosque ad eam impertiendam destinat Deus: *Et legem requirent ex ore eius: quia angelus Domini exercituum est* (5). Quamobrem Episcopos, in sacra initiatione, sacerdoti candidatos alloquens: *Sit, inquit, doctrina vestra spiritualis medicina populo Dei; sint proximi cooperatores ordinis nostri; ut in lege sua die ac nocte meditantes, quod legerint credant, quod crediderint doceant* (6).

Quod si nemo est sacerdos, ad quem haec non pertineant, quid porro de illis censemus, qui, nomine ac potestate curionum aucti, animarum rectoris munere, vi dignitatis et quadam quasi pacto initio, funguntur? Hi quodammodo pastoribus et doctoribus sunt accensendi, quos dedit Christus ut fideles iam non sint parvuli fluctuantes, et circumferant omni vento doctrinae in inequitate hominum; veritatem autem facientes in caritate, crescent in illo per omnia, qui est caput Christus (7).

Quapropter sacerdos Tridentina Synodus, de animarum pastoribus agens, officium eorum hoc pri-

mum et maximum e cere (1). Hinc iub festisque sollemni e cere, sacri vero Ad quotidie, vel saltē addit namque teneris festis die veritatis erudire Deum ac parentes fuerint administranti doceantur.

Quas sacerdos antea dictus XIV decessor minime, sic brevi edivit: *Duo potissimum curatoribus animarum diebus de rebus divinis alterum, ut pueros et fideique rudimentis utissimus Pontifex du monis videlicet habentem rationem vocant, et Non enim fortasse de persuadeant sibi homines. Quod quam putetur p enim sermo de sacro tuitur, quos fidei elem Panem diceres, qui a contra institutio lacri concepisci sine dolo a genitis infantibus. est, veritatem aliquam fidem vel ad christiana omni ex parte illustratae finis docendi et comparationem instituta præcipit quaeque hom exemplis opportune us vel ex Ecclesiastica vita sapienter hauser intento veluti dígito, ponant mores; finem qui adstant horreant sectentur.*

Seimus equidem ei doctrinae munus haud minoris vulgo aestimando captandam apud eum eorum censemus, tate ducuntur. Oratores divinae gloriae studi fidei, vel Sanctorum l bandos esse non recusaborem alium prærium; qui si deest, fundaborant qui aedificantes ornatisimae, plausu excipiuntur, ho auribus; animos nullam chetica institutio, hum illud est, de quo Deus modo descendit imber, non revertitur, sed in et germinare eam facit comedenti: sic erit vere ore meo: non revertetur cumque voluit, et pro illud (1). — Similiter a dotibus iis, qui, ad re libros operosus consi mendatione multa exponit, qui eiusmodi voluntate auctorū labo Traditio autem christi utilitatem audientibus

Etenim (quod ad infimum Dei iterum adver rum est numerus atque ligione omnino ignorante Christianaeque fidei no-

(1) Act. xx, 20. — (2) Os. iv, 1 ss.

(1) Instit. xxvi, 18. — (2) Ephes. v, 3 s. — (3) Ephes. v, 15 ss.

(4) Ps. iv, 7. — (5) Rom. xiii, 13. — (6) MATTH. xviii, 4.

(1) IER. iii, 15. — (2) I, Cor. i, 17. — (3) LUC. iv, 18.

(4) MALACH. ii, 7. — (5) Ib. — (6) Pontif. Rom. — (7) Ephes. iv, 14, 15.

(1) Sess. v, cap. 2 de cap. 4 et 7 de ref. — (8) I

nia perpeti, erectoque  
ue beatitate patiamur;  
el pauperiem pro regno  
sa cruce gloriemur,  
ab christiana sapientia,  
um mutuari lumen, quo  
pluntatem etiam ardorem  
Deum cumque Eo vir-

ex his asseramus, pra  
e morum non posse cum  
Utinam non id plus ni  
limus tamen, ubi cras  
mens circumfusa, nulla  
ntatem esse aut mores  
si quis incedat, poterit  
nere declinare: qui ta  
periculum certe quidem  
uptiōnem morum, si fi  
extinctum, spem facere  
que iungitar et morum  
nem defectio, vix erit  
ruinam via.

religionis tam multa  
mna; alia vero ex parte,  
stitutionis necessitas at  
christiani hominis officia  
ignoret: iam ulterius  
um sit pernicioſiſſimam  
ibus, adeoque necessaria  
ae res, Venerabiles Fra  
em: gravissimum nam  
t, quotquot sunt anima  
risti praecepto, creditas  
ac pascere; pascere au  
Dabo vobis, sic nempe  
pat, pastores iuxta cor  
et doctrina (1). Unde  
Non... misit me Chri  
ture (2), indicans videli  
regendae aliquo modo  
instituendis ad sacra

laudes persequi super  
ea sit apud Deum ostend  
pauperibus ad levandas  
a Deo habeat laudem.  
habere studium et la  
ribus utilitates, sed ae  
loque conciliamus? Ni  
tius queat Iesu Christo  
qui de se per Isaiam  
superibus misit me (3).  
iles Fratres, hoc unum  
sacerdotem quemlibet  
iureti nexo obligari.  
sanctimoniam debere  
bia... sacerdotis custo  
am reapse severissimo  
ment sacerdotio initiandi.  
et ab eis divinae legis  
eet, illosque ad eam  
Et legem requirent ex  
cercitum est (5). Qua  
ratione, sacerdoti can  
doctrina vestra spiritua  
vidi cooperatores ordi  
noce meditantes, quod  
ut doceant (6).

d quem haec non per  
sebimus, qui, nomine  
anum rectoris mu  
nasi pacto initio, fun  
bus et doctoribus sunt  
nt fideles iam non sint  
ant omni vento do  
ritatem autem facien  
per omnia, qui est  
dentina Synodus, de  
cium eorum hoc pri  
7. — (8) Lvc. iv, 18. —  
f. Rom. — (7) Ephes. iv,

mum et maximum esse edicit, christianam plebem do  
cere (1). Hinc iubet illos, dominicis saltem diebus  
festisque sollemnioribus, de religione ad populum di  
cere, sacri vero Adventus tempore et Quadragesimae  
quotidie, vel saltem ter in hebdomada. Neque id modo:  
addit namque teneri parochos, eisdem saltem domi  
nicis festisque diebus, per se vel per alios, in fidei  
veritatis erudire pueros, eosque ad obedientiam in  
Deum ac parentes instituere. Quum vero sacramenta  
fuerint administranda, praecepit, ut qui sunt suscep  
pti, de eorumdem vi, faciliter vulgarique sermone,  
doceantur.

Quas sacrosanetae Synodi praecriptiones Bene  
dictus XIV decessor Noster, in sua Constitutione *Etsi  
minime*, sic brevi complexus est ac distinctius defi  
nitivit: *Duo potissimum onera a Tridentina Synodo  
curatoribus animarum sunt imposita; alterum, ut festis  
diebus de rebus dicens sermones ad populum habeant;*  
*alterum, ut pueros et rudiores quosque divinas legis  
fideique rudimentis informent.* — Iure autem sapien  
tissimus Pontifex duplex hoc officium distinguit, ser  
monis videlicet habendi, quem vulgo Evangelii expli  
cationem vocitant, et christianae doctrinæ tradendæ.  
Non enim fortasse desint qui, minuendis laboris cupidi,  
persuadeant sibi homiliam pro cathechesi esse posse.  
Quod quam putetur perperam, consideranti patet. Qui  
enim sermo de sacro Evangelio habetur, ad eos insti  
tutur, quos fidei elementis imbuit ianuam esse oportet.  
Panem diceret, qui adultis frangatur. Cathechetica e  
contra institutio lac illud est, quod Petrus Apostolus  
concupisci sine dolo a fidelibus volebat, quasi a modo  
genitis infantibus. — Hoc scilicet cathechistæ munus  
est, veritatem aliquam tractandam suspicere vel ad  
fidem vel ad christianos mores pertinentem, eamque  
omni ex parte illustrare: quoniam vero emendatio  
vitæ finis docendi esse debet, oportet cathechistam  
comparationem instituere ea inter quae Deus agenda  
praecepit quaque homines reapse agunt; post haec,  
exemplis opportune usum, quae vel e Scripturis saeris,  
vel ex Ecclesiastica historia, vel e sanctorum virorum  
vita sapienter hauserit, suadere auditores eisque,  
intento veluti digito, commonstrarre quo pacto com  
ponant mores; finem denique hortando facere, ut  
qui adstant horrent vitia ac declinent, virtutem  
sectentur.

Seimus equidem eiusmodi tradendæ christianæ  
doctrinæ munus haud paucis invidiosum esse, quod  
minoris vulgo aestimet nec forte ad popularem  
laudem captandam aptum. Nos tamen hoc esse iudi  
cium eorum censemus, qui levitate magis quam veri  
tate dueuntur. Oratores profecto Sacros, qui, sincero  
divinae gloriae studio, vel vindicandæ tuendaeque  
fidei, vel Sanctorum laudationibus dent operam, pro  
bandos esse non recusamus. Verum illorum labor  
borem alium prævium desiderat, scilicet cathechistæ  
rum; qui si deest, fundamenta desunt, atque in vanum  
laborant qui aedificant domum. Nimium saepe orationes  
ornatissimæ, quae confertissimæ concionis  
plausu excipiuntur, hoc unum assequuntur ut pruriat  
auribus; animos nullatenus movent. E contra cathe  
chetica institutio, humiliis quamvis et simplex, verbo,  
illud est, de quo Deus ipse testatur per Isaiam: *Quo  
modo descendit imber, et nix de caelo, et illuc ultra  
non revertitur, sed inebriat terram, et infundit eam,*  
*et germinare eam facit, et dat semen serenti, et panem  
comedenti: sic erit verbum meum quod egredietur de  
ore meo: non revertetur ad me vacuum, sed faciet quae  
cumque voluit, et prosperabitur in his, ad quae misi  
illud (1).* — Similiter arbitrandum putamus de sacer  
dotibus iis, qui, ad religionis veritates illustrandas,  
libros operosos conserbunt; digni plane qui ideo com  
mendatione multa exornentur. Quotus tamen quisque  
est, qui eiusmodi volumina verset, fructumque inde  
hauriat auctorum labori atque optatis respondentem?  
Traditio autem christianæ doctrinæ, si rite fiat,  
utilitatem audientibus nunquam non affert.

Etenim (quod ad inflammandum studium ministro  
rum Dei iterum advertisse iuverit) ingens modo eo  
rum est numerus atque in dies augetur, qui de re  
ligione omnino ignorant, vel eam tantum de Deo  
christianæque fidei notitiam habent, quae illos per

(1) Sess. v, cap. 2 de ref.; Sess. xxii, cap. 8; Sess. xxiv,  
cap. 4 et 7 de ref. — (8) Is. lv, 10, 11.

mittat, in media luce catholice veritatis, idololatri  
trum more vivere. Quam multi eheu! sunt, non  
pueros dicimus, sed adulta, quin etiam devexa ae  
tate, qui præcipua fidei mysteria nesciant prorsus;  
qui Christi nomine auditio, respondeant: *Quis est,...  
ut credam in eum?* (1). — Hinc odia in alios struere  
ac nutrire, pactiones confolare iniquissimas, inhonestas  
negotiorum procurations gerere, aliena gravi  
foeno occupare, aliaque id genus flagitiosa hand  
sibi vitio dueunt. Hinc Christi legem ignorantes, quae  
non modo turpia damnat facinora, sed vel ea cogi  
tare scienter atque optare; eti forte, qualibet de  
mum de causa, obscoenis voluptatibus fere abstinent,  
inquinatissimas tamen cogitationes, nulla sibi reli  
gione iniecta, suscipiunt; iniquitates super capillos  
capitis multiplicantur. — Haec porro, iterasse iuvat,  
non in agris solum vel inter miseram plebecularum  
occurrunt, verum etiam ac forte frequentius inter  
homines amplioris ordinis, atque adeo apud illos quos  
inflat scientia, qui vana freti eruditio religionem  
ridere posse autmant et *quaecumque quidem igno  
blasphemant* (2).

Iam, si frustra seges e terra speratur quae semen  
non excepiterit, qui demum bene moratas progenies  
expectes, si non tempore fuerint christiana doctrina  
institutae? — Ex quo colligimus iure, quum fides id  
aetatis usque eo languerit ut in multis pene sit inter  
mortua, sacrae cathechesis tradendæ officium vel  
negligentia persolvi, vel praetermissi omnino. Per  
peram enim ad habendum excusationem quis dixerit,  
esse fidem gratuita munere donata nobis atque in  
sacro baptismo cuique inditam. Evidem utique  
quotquot in Christo baptizati sumus fidei habitu au  
gemur; sed divinissimum hoc semen non *ascendit...*  
*et facit ramos magnos* (3) permisum sibi ac veluti  
virtute insita. Est et in homine, ab exortu, intelligi  
endi vis: ea tamen materno indigit verbo, quo quasi  
excitata in actum, ut aiunt, exeat. Haud aliter christi  
ano homini accedit, qui, renascens ex aqua et Spi  
ritu Sancto, conceptam secum affert fidem; eget tam  
enim Ecclesiæ institutione, ut ea ali augerique possit  
fructumque ferre. Idecirca Apostolus scribat: *Fides  
ex auditu, auditus autem per verbum Christi* (4); in  
stitutionis autem necessitudinem ut ostenderet, addit:  
*Quomodo... audient sine praedicante?* (5).

Quod si, ex hue usque explicatis, religiosa populi  
eruditio quanti momenti sit ostenditur, curae Nobis  
quam quod maxime esse oportet, ut Doctrinæ sacrae  
præceptio, qua, ut Benedicti XIV decessoris Nostri  
verbis utamur, ad Dei gloriam et ad animarum sal  
utem nihil utilius est institutum (6) vigeat semper  
aut, sicubi negligitur, restituatur. — Volentes igitur,  
Venerabiles Fratres, huic gravissimo supremi apostola  
tatus officio satisfacere, atque unum paremque morem  
in re tanta ubique esse; supra Nostra auctoritate,  
quae sequuntur, in dioecesis universis, observanda  
et exequenda constituiunt districte mandamus.

I. Parochi universi, ac generatim quotquot animarum  
curam gerant, diebus dominicis ac festis per  
annum, nullo excepto, per integrum horae spatium,  
pueros et pueras de iis, quae quisque credere age  
re debeat ad salutem adipiscendam, ex cathechi  
smi libello erudiant.

II. Idem, statim anni temporibus, pueros ac pueras  
ad Sacraenta Poenitentiae et Confirmationis rite  
suscipienda praeparent, continent per dies plures  
institutione.

III. Item, ac peculiari omnino studio, feriis omnibus  
Quadragesimæ atque aliis, si opus erit, diebus post  
festa Paschalia, aptis præceptionibus et hortationibus  
adolescentulos et adolescentulas sic instruant, ut sancta  
sancta prima of altari libent.

IV. In omnibus et singulis paroeciis consociatio  
canonice instituatur, Jeni vulgo nomen Congregatio  
Doctrinæ christianaæ. Ea parochi, præsertim ubi  
sacerdotum numerus sit exiguis, adiutores in cathe  
chesi tradenda laicos habebunt, qui se huic dendent  
magisterio tum studio gloriae Dei, tum ad sacras  
luerandas indulgentias, quas Romani Pontifices lar  
gissime tribuerunt.

V. Maioribus in urbibus, inque iis præcipue ubi  
universitates studiorum, lycea, gymnasia patent, scho  
-

(1) Ioan. ix, 36. — (2) Matth. xiii, 35. — (3) Ib., 34. —  
(4) Moral. i, xvii, cap. 26. — (5) Exod. xxxii, 26. — (6) I.,  
10, 17. — (7) Ib. 14. — (8) Constit. *Etsi minime*, 18.

iae religionis fundentur ad erudiendam fidei verita  
tibus vitaevæ christianaæ institutis iuventam, quae  
publicas scholas celebrat, ubi religiosæ rei mentio  
nulla inicitur.

VI. Quoniam vero, hac præsertim tempestate, gran  
dior aetas non secus ac puerilis religiosa eget institu  
tione, parochi universi ceterique animarum curam  
gerentes, praeter consuetam homiliam de Evangelio,  
quæ festis diebus omnibus in parochiali Saero est  
habenda, ea hora quam opportuniorem duxerint ad  
populi frequentiam, illa tantum excepta qua pueri  
erudiuntur, cathechesim ad fideles instituant, facili  
quidem sermone et ad captum accommodato. Qua in  
re Cathechismo Tridentino utentur, eo utique ordine  
ut quadriennii vel quinquennii spatio totam mate  
riam pertractent quae de Symbolo est, de Sacra  
mentis, de Decalogo, de Oratione et de præceptis  
Ecclesiae.

Haec Nos quidem, Venerabiles Fratres, auctoritate  
apostolica constituimus et iubemus. Vestrum modo  
erit efficere ut in vestra cuiusque dioecesi, nulla mora  
atque integre executioni mandentur; vigilare porro  
et pro auctoritate vestra caverre, ne quae præcipimus  
oblivioni dentur, vel quod idem est, remisse oscitan  
terque implentur. Quod ut reapse vitetur, illud as  
sidue commendetis et urgeatis oportet, ut parochi ne  
imparati cathechesis præceptiones habeant, sed dilig  
enti prius adhibita præparatione; ut ne loquantur  
humanæ sapientia verba, sed, in simplicitate cordis  
et sinceritate Dei (1), Christi exemplum sectentur, qui  
quamvis abscondita eructaret a constitutione mundi (2),  
loquebatur tamen omnia in parabolis ad turbas et sine  
parabolis non loquebatur eis (3). Id ipsum et Aposto  
los, a Domino institutos, præstissime novimus; de qui  
bus Gregorius Magnus aiebat: *Curacerunt summopere  
rudibus populis plane, et capabili non summa atque  
ardua prædicare* (4). Ad religionem autem quod atti  
net, homines magnam partem rudibus ac tempestate  
nostra sunt accensi.

Nolimus porro, ne ex eiusmodi simplicitatis studio  
persuadeat quis sibi, in hoc genere tractando, nullo  
labore nullaque meditatione opus esse: quin immo ma  
iore plane, quam quodvis genus aliud, requirit. Fa  
cilius longe est reperire oratorem, qui copiose dicat  
ac splendide, quam cathechistam qui præceptionem  
habeat omni ex parte laudabilem. Quamecumque ig  
nitur facilitatem cogitandi et eloquendi quis a natura  
sit nactus, hoc probe teneat, nunquam se de christiana  
doctrina ad pueros vel ad populum cum animi fructu  
esse dicturum, nisi multa commentatione paratum at  
que expeditum. Falluntur sane qui plebis imperitia ac  
tarditatem fisi, hac in re negligentibus agere se posse  
autmant. E contrario, quo quis rudiores nactus sit  
audidores, eo maiore studio ac diligentia utatur oportet,  
ut sublimissimas veritates, adeo a vulgari intel  
ligentia remotas, ad obtusiorē imperitorum aciem  
accommodent, quibus aequæ ac sapientibus, ad aeter  
nam beatitudinem adipiscendam sunt necessariae.

Iam igitur, Venerabiles Fratres, Moysis verbis, in  
haec postrema litterarum Nostrarum parte, licet vos  
alloqui: *Si quis est Domini, iungatur mihi* (5). Ad  
vertite, rogamus quaeasumusque, quanta animarum clades  
ex una divinarum rerum ignoracione veniat. Multa forte utilia planeque laudatione digna, in ve  
stra cuiusque dioecesi, sunt a vobis instituta in com  
missi gregis commodum: velitis tamen, præ omni  
bus, quanta protestis contentione, quanto studio, quanta  
assiduitate hoc curare atque urgere, ut doctrinæ chri  
stianæ notitia cunctorum pervadat animos penitus  
que imbuat. *Unusquisque*, Petri Apostoli utimur ver  
bis, *sicut accepit gratiam, in alterutrum illam admi  
nistrantes, sicut boni dispensatores multiformis gra  
tiae Dei* (6).

Diligentiam industriasque vestras, beatissima Vir  
gine immaculata intercedente, fortunet vobis Aposto  
lia beneficio, quam, testem caritatis Nostræ ac  
caelestium gratiarum auspiciem, vobis et clero ac po  
pulo cuique credito amantissime impertimus.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum die xv Apri  
lis M DCCCC V, Pontificatus Nostri anno secundo.

PIVS PP. X.

(1) II, Cor. i, 12. — (2) Matth. xiii, 35. — (3) Ib., 34. —  
(4) Moral. i, xvii, cap. 26. — (5) Exod. xxxii, 26. — (6) I.,  
10, 17. — (7) Ib. 14. — (8) Constit. *Etsi minime*, 18.

## SS. D. N. PII PP. X

## MOTU PROPRIO

De protonotariis apostolicis, praelatis urbanis, et aliis qui nonnullis privilegiis praelatorum propriis fruuntur (1).

## B). — DE CETERIS PRAELATIS ROMANAECURIAE.

77. — Nihil detractum volumus honoribus, privilegiis, praereminentiis, praerogativis, quibus alia Praelatorum Romanae Curiae Collegia, Apostolicae Sedis placito, exornantur.

78. — Insuper concedimus, ut omnes et singuli Praelati Urbani seu Domestici, etsi nulli Collegio adscripti, si nempe, qui tales renunciat, Breve Apostolicum obtinuerint, Palmatoria uti possint (non vero Canone aut alia pontificale supellestili) in Missa cum cantu, vel etiam lecta, eum aliqua solemnitate celebra, item in Vesperis aliisque solemnibus functionibus.

79. — Hi autem habitum, sive praelatitium sive quem vocant *pianum*, gestare poterunt, iuxta Romanae Curiae consuetudinem, prout supra describitur nn. 16, 17; numquam tamen vestis talaris eandam explicare, neque sacras vestes ex altari assumere valent, nec alio uti colore, quam violaceo, in bireti flocculo et pilei vitta, opere reticulato distincta, sive chordulis et flocculis, etiam in pileo stemmatibus imponendo ut n. 18 dictum est, nisi, pro eorum aliquo, constet de maiori particulari privilegio.

C). — DE DIGNITATIBUS, CANONICIS ET ALIIS,  
QUI NONNULLIS PRIVILEGIIS  
PRAELATORUM PROPRIIS FRUUNTUR.

80. — Ex Romanorum Pontificum indulgentia, insignia quaedam praelatitia aut pontificalia, aliis Collegiis, praesertim Canonicorum, eorumque Dignitatibus, quocumque nomine nuncupentur, vel a prisca temporibus tribui consueverunt; quum autem eiusmodi privilegia deminutionem quamdam episcopali dignitati videantur afferre, idei reo ea sunt de iure strictissime interpretanda. Huie principio inhaerentes, expresse volumus, ut in pontificalium usu nemini ad aliquod ex supra memoratis Collegiis pertinenti in posterum ampliora suffragentur privilegia, quam quae, superius descripta, competunt Protonotariis sive Supranumerariis, sive *ad instar*, et quidem non ultra propriae ecclesiae, aut ad summum Dioeceseos, si hoc fuerit concessum, limites; neque ultra dies iam designatos, aut determinatas functiones; et quae arctiora sunt, ne angeantur.

81. — Quoniam vero de re agitur haud parvi momenti, quippe quae ecclesiasticam respicit disciplinam, ne quis audeat arbitraria interpretatione, maiora quam in concedentis voluntate fuerint, sibi privilegia vindicare; quin potius paratum sese ostendat, quatenus illa excesserint, minoribus coaretari; singulis locorum Ordinariis, quorum sub iurisdictione vel quorum in territorio, si de exceptis agatur, aliquis ex praedictis coetibus inveniatur, demandamus, ut, tamquam Apostolicae Sedis Delegati, Apostolicarum Concessionum documenta ipsis faventia, circa memorata privilegia, infra bimestre tempus, ab hisce Nostris Ordinationibus promulgatis, sub poena immediatae amissionis eorum quae occultaverint, ad se transmitti eurent, quae intra consequentem mensem ad Nostram SS. Ritum Congregationem mittant. Haec autem, pro suo munere, omnia et singula hisce Nostris dispositionibus aptans, declarabit et decernet, quaenam in posterum illis competent.

Haec omnia rata et firma consistere auctoritate Nostra volumus et iubemus: contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum die xxi Februarii MCMV, Pontificeatus Nostris anno secundo.

PIUS PP. X.

(1) Cf. num sup.

EX SS. CONGREGATIONIBUS ROMANIS  
SENTENTIAE NOVISSIMAE SELECTAE

Ex Congregatione Concilii Tridentinis decretis interpretandis:

Ad art. 7 Decr. *De Observandis* d. xi mens. Maii an. M DCCCC IV (1) sub nomine Ordinariorum intelligi debent quoque Praelati Regulares pro suis respectivis subditis. (Ex deer. d. XXVII mens. Febr. a. M DCCCC V).

— Pro sacerdotibus autem qui ab Ordinario stipendia accipiunt, obligatio, de qua in ipso articulo, incipit a die quo Missas celebrandas ab Ordinario recipiunt. Sufficit praeterea ut Sacerdotes celebrent iuxta mentem Ordinarii; qui tamen intentionem pro singulis offerentibus efformare debet iuxta regulas a probatis theologiae moralis auctoribus traditas. Melius tamen est si patet Sacerdotibus intentiones prescriptae. (Ex deer. *Leopolinis*, ead. d.).

— Episcopi dioecesani et Praelati Regulares, qui aliis Episcopis seu Praelatis Regularibus Missas cum sua eleemosyna celebendas tradiderint, ab omni obligatione coram Deo et Ecclesia elevati censentur; non quidem obligatione tenentur usque dum peractae celebrationis fidem sint assequunti. (Ibid.).

— Mos ut Vicarii apud parochos in domo curiali degentes, pensionem non argento exsolvant, sed Missae sua quotidianae, sive lectae sive cantatae eleemosynam parocho dimittant, licite potest retineri, dummodo et quousque excessus in modo aut alias abusus non oriatur, super quo Ordinarii erit invigilare. (Ex deer. *Sancti Deodati*, ead. d.).

## Ex Congregatione Consistoriali:

Noviter erectae Praelatura Nullius seu Santaremensis in Republica Brasiliana fines iidem erunt ac illi qui Brasiliam Rempublicam a tribus Gaiania Gallica, Hollandica et Anglica dividunt, flumen nempe Oyapoe, seu, ut aiunt, *Vincente Pinzon* usque ad montes Acaray; ad Ortum, Oceanus Atlanticus, comprehensum tamen insulam Caviana et Mexiana usque ad ora fluminis, cui nomen Xingū, idem deinde flumen usque ad locum *Pedra Secca* dictum; ad Meridiem, nova Praelatura linea continuebitur, quae a loco Pedra Secca per dictum flumen Xingū usque ad fluminis S. Emmanuelis oras, vulgo *Tres Bocas*, in loco qui *Sete Quedas* nuncupatur, protenditur; ad Oceasum tandem, incipiendo ab oris fluminis S. Emmanuelis, vulgo *Tres Bocas* dicti, circumseribetur hoc flumen usque ad aliud Tapajoz vocatum, ad oppidum usque Mundurucu et fines politicos et civiles, quibus regiones de Gram Para et Amazonum ad invicem separantur. Quum totum hoc territorium Praelatura Nullius seu Santaremensis adiudicatum et dioecesi Belemensi de Para fuerit integre distractum, huius dioecesis amplitudo imminetur. Cathedralis itaque ecclesia Belemensis de Para in posterum iis qui sequuntur limitibus constricta erit: ad Boream Oceanus Atlanticus eius finis erit, ita tamen ut exceptis insulis Caviana et Mexiana, quae territorio Praelatura Nullius seu Santaremensis attributa sunt, reliquae omnes inter locum Macapá dictum et ora fluminis Xingū existentes Belemensi de Para dioecesi addictae remaneant; ad Ortum, eadem dioecesis fluminibus *Guruny* et *Araguaya* vulgo nuncupatis, quibus regio de Gram Para a regionibus S. Ludovici de Marantao et Goyasensi dividitur, circumseribetur; ad Austrum vero continuebitur linea, quae ab insula *Bananal* dieta fluminis Araguaya prosilens ad locum usque *Pedra Secca* vocatum prope Xingū flumen pertingit; denique ad Oceasum, qua parte dioecesis Belemensis de Para neo-erectam Santaremensis Praelatura attingit, ipsa a praedicto loco *Pedra Secca* usque ad Oceanum Atlanticum flumen Xingū limitabitur. (Ex deer. die XXV mens. Octobris an. M DCCCC IV).

— Ecclesia cathedralis Clavarri eretta in honorem B. M. V. de Horto, in Basilicam Minorem erigitur. (Ex deer. d. XXVIII mens. Novembr. an. M DCCCC IV).

## Ex Congregatione super Negotiis Ecclesiastis Extraordinariis:

In Columbiana Republica Praefectura Apostolica erigitur vulgo *Caquetá* atque Ordini Minorum Capucinorum committitur. Praefectus apostolicus idem

(1) Cf. *Vox Urbis* an. VII, n. IX, pag. 70.

a Congregatione super Neg. Eccl. Extr. nominandus est, ceterique religiosi sacerdotes eiusdem Ordinis, Apostolicae Praefecturae additi, quod Regulae seu Constitutionum observantiam, a suo Superiore Generali immediate dependent. (Ex deer. d. xx mens. Decembr. M DCCCC IV).

## DIARIUM VATICANUM.

(Die xxi mens. April. - d. xx mens. Maii M DCCCC V).

## Coram SSmo admissiones.

Praeter Purpuratos Patres, Urbanos Antistites alios que viros, qui sui cuiusque munera gratia Pontificem de more adiverunt, peculiari nota digni sunt iuxta admissionis diem: Congregatio Romana matronarum ad cultum in pauperibus templis procurandum; Pierpontius Morgan, americanus civis; Jarotzky dynasta, Borussica orientali gubernio praepositus; Dejardins, Gallorum publici coetus legatus, Hungarici scholarum secundi ordinis alumni ab eño viro Joanne De Kozielsko Puzyna coram adducti; exēnus vir Iosephus Bilewski, archiepiscopus Leopolitanus cum manu peregrinorum Polonorum; Ioannes Redmond, Hibernie coetus legatus; legatio Hispanarum matronarum quae coronam ex gemmis imagini sanctissimae B. Mariae V. vulgo *del Pilar* procurarunt; Horatius Maruechi eques torquatus, Athenis redux, ubi Apostolicae Sedis in archeologico conventu illie congregato procreationem exercuit; Galeatus Thun de Hohenstein, Hierosolymitani Melitensis Ordinis Magister maximus cum equitibus Consilii sui; Ludovicus Gorski, Russicae aulae magister, speciali Caesaris sui mandato Romam ad Pontificem missus; Siculi peregrini ad septingentorum numerum; Ioannes Borghese, princeps Urbanus; Franciscus Vido, prefectus generalis Congnis Cleric. Regul. Ministrantium infirmis; De Charette dynasta; Iosephus Ridolfi antistes Urbanus, Apostolicae Sedis legatus apud civitatem Mexicanam; manus peregrinorum ex Hollandia atque Herzegovina; Cassianus Maria Gasser, Prior gefilis Fr. S. Ioannis de Deo nuper electus; Iulius Betancourt, Columbianae civitatis apud Pontificem novus administer cum omni potestate.

## Pontificiae electiones.

— R. d. Alexander Noli ex oppido Bergomensi Vice Palatii inter Protonotarios Apostolicos *ad instar*. refertur.

— RR. dd. Hoepsler et Weikert ex Ordine S. Benedicti, atque r. p. Lepicier, Servorum B. M. V. procurator generalis, « commissioni » addicuntur ad biblica studia moderanda.

— R. d. Michael Lega, alter a secretis S. Congnis Concilii, inter Urbanos Antistites adnumeratur.

— Mauritus Galimberti, Lateranensis canonicus, presbyter assistens; Franciscus Gazzoli, canonicus Vaticanus, diaconus; et Franciscus Santovetti, canonicus Liberianus, subdiaconus « Pontificiae cappellae » creantur.

— Rr. dd. Alexander Solari et Robertus Caroli « auditoris » munere delegantur, alter apud Apostolicam legationem Belgarum, alter Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis.

## Vita functi viri clariores.

— Die XXVIII mens. Aprilis Romae supremum diem obiit Andreas S. R. E. Card. Aiuti. In Urbe natus an. M DCCC XL, maximam sacerdotalis vitae partem in Pontificis legationibus transegit.

## Varia.

— Die XXIII mens. Aprilis Pontifex saecis litatis saecularium confirmationis impertitur duobus filiis Ivaneich dynastia, Lusitanis consulis.

— Die XXVIII, in Xystino sacello, coronae gemmis splendidissimis decorae, quae imaginis B. Mariae vulgo *del Pilar*, Hispanorum patronae, caput redimit, Sanctissimus benedic, donoque Mariae templo dat eam, in quo Missae sacrificium ipsa die obtulerat.

— Die II mens. Maii coram SSmo Congregatio SS. Ritum « generalis » habetur ad disceptandum de virtutibus V. S. D. Gabrieles a Virgine Perdolente e Congnis Cleric. Regul. SSmae Crucis et Passionis D. N. I. C.; quae deinceps, per decretum d. XIV eiusdem mensis, « gradu heroico » fuisse declarantur.

ANN.

## Iaponicum bellum.

Ad nova, eaque necres sub finem Aprilis sunt. Quum enim Russi Kamrank, Gallica locagram in bello minime liam accusarunt, vehen in eam emiserunt, quanum, eventum excusant Russos inbens illico induit. Etenim Iaponiorum sit, quum vox manavit Khoe litus tenuisse. Est eam altum petuisse, qu tandem profecta, atque liarii, cui Negobatovi exerit.

De navalibus Iaponi certa notitia; id unum sinu a quibusdam ignitis damna passas esse.

In Mandehouria ad exitu plerumque Iapon

## Russorum civiles res.

Per deeretur a pleris libertate, Russorum animum suum ostendit it quod circa rei publicae gressus, licet magna cive etoritatem enim tribue aliam amplectendi, qu detrimentum in posterum religioni permittens publice latu gressu ad civiliter processit, quae tamen ut veram utilitatem privilis melior factus est; ditiones congressusque praesertim atque propt qui quidem et facultat collegio retulerunt ubiqrint commorandi.

## Balkanici motus.

In Balkanica regione varios incolas invidia, hama, quod Ianinae in scholis inspiciendis prae in carcere detruserint tores haberent tumultu factorum, quum sacerdos erificium eorum lingua primo res eo devenit, ut R violenti iuri gentium Tu que satisfactionem inlatrit, quam minime dubitan

## Cretensis seditio.

Quamvis Europaearum in insula Creta ad tuta operam impendant ut pacis proposita sua plane sumo popularium coetus vitatis ad Graeciam principi ad tempus rei publicans. Post quae... feria prosequuntur.

g. Eccl. Extr. nominandus  
cerdotes eiusdem Ordinis,  
addicti, quoad Regulæ seu  
am, a suo Superiore Gene-  
(Ex deer. d. xx mens. De-

ATICANUM.  
xx mens. Maii MDCCCV).

admissiones.

s, Urbanos Antistes alios  
muneris gratia Pontifice  
ri nota digni sunt iuxta  
ratio Romana matronarum  
mplis procurandum; Pier-  
civis; Jarotzky dynasta,  
o praepositus; Dejardins,  
atus, Hungarici scholarum  
eno viro Ioanne De Ko-  
neti; exēnus vir Josephus  
Leopolitanus cum manu  
Ioannes Redmond, Hiber-  
Hispanarum matronarum  
agini sanctissimae B. Ma-  
occurarunt; Horatius Ma-  
henis redux, ubi Aposto-  
conventu illie congregato  
aleatus Thun de Hohen-  
ensis Ordinis Magister ma-  
lii sui; Ludovicus Gorski,  
speciali Caesaris sui man-  
missus; Sieuli peregrini  
; Ioannes Borghese, prin-  
Vido, prefectus generalis  
mistrantium infirmis; De  
Ridolfi antistes Urbanus,  
ud civitatem Mexicanam;  
andia atque Herzegovina;  
ior gefilis Fr. S. Ioannis  
Betancourt, Columbiane  
vus administer cum omni

selectiones.

ex oppido Bergomensi  
rios Apostolicos ad instar

Veikert ex Ordine S. Be-  
Servorum B. M. V. pro-  
ponsi » addicuntur ad bi-

lter a secretis S. Congnis  
stites adnumeratur.  
Lateranensis canonicus,  
seus Gazzoli, canonicus  
nciseus Santovetti, cano-  
s « Pontificie cappellae »

et Robertus Caroli « au-  
alter apud Apostolicam  
Civitatum Foederatarum

ri clariores.

abrilis Romae supremum  
Card. Afuti. In Urbe  
m sacerdotalis vitae par-  
us transegit.

is Pontifex sacris litatis  
impertitur duobus filiis  
consulis.

sacello, coronae gemmis  
imaginis B. Mariae vulgo  
ae, caput redimit, San-  
Mariae templo dat ea-  
ium ipsa die obtulerat.  
am SSmo Congregatio  
betur ad disceptandum  
is a Virgine Perdolente  
iae Crucis et Passionis  
per decretum d. XIV  
ico » fuisse declarantur.

## ANNALES.

### Iaponicum bellum.

Ad nova, eaque neocinata, ultimae Asiae res sub finem Aprilis mensis vertere visae sunt. Quum enim Russica Rojestwenskii classis Kamrank, Gallica loca, appulisset, quod integrum in bello minime se servaret Iaponii Galliam accusarunt, vehementesque protestationes in eam emiserunt, quas vix Gallicum gubernium, eventum excensans in scio se factum, atque Russos iubens illico inde proficisci, placare valuit. Etenim Iaponiorum indignatio iterum exarsit, quum vox manavit classem ipsam Hong-Khoe litus tenuisse. Est vero pro certo affirmatum eam altum petuisse, quamvis nemo sciat quo tandem profecta, atque num cum navibus auxiliariis, cui Negobatovius praeest, sese coniunxerit.

De navalibus Iaponiorum copiis pariter nulla certa notitia; id unum asseveratum, in Petecili sinu a quibusdam ignitis pilis subaqueis aliquot damna passas esse.

In Mandchouria ad velitationes perdurant, exitu plerumque Iaponis favente.

### Russorum civiles res.

Per decretum a plerisque exoptatum de cultus libertate, Russorum Caesar iterum firmum animum suum ostendit iter reliquum conficiendi, quod circa rei publicae reformationes est ingressus, licet magna cives non ei rependant. Autoritatem enim tribuens pro orthodoxa fide aliam amplectendi, quum nullum quisquam detrimentum in posterum sit capturus, et cuivis religioni permittens publicum cultum, haud dubie latu gressu ad civilem libertatem omnem Caesar processit, quae tamen infraenetur necesse est ut veram utilitatem procuret. Status itaque civilis melior factus est; sed tamen hie illie seditiones congressusque sunt excitata, in Polonia praesertim atque propter Hebraeorum causam, qui quidem et facultatem ab administrorum collegio retulerunt ubique in posterum voluerint commorandi.

### Balkanici motus.

In Balkanica regione fervet semper inter varios incolas invidia, his diebus ex eo inflamnata, quod Ianinae in urbe Rumenos duos scholis inspiciendis praepositos Turcae vigiles in carcere detruserint, quippe quos instigatores haberent tumultuum a gente Cutzo-Valaca factorum, quum sacerdos quidam sanctum sacrificium eorum lingua celebrare renuisset. Quin imo res eo devenit, ut Rumenorum gubernium violati iuris gentium Turcicum accusaverit atque satisfactionem inlatae iniuriae requisiret, quam minime dubitamus differri ultra posse.

### Cretensis sedatio.

Quamvis Europaearum gentium legati, qui in insula Creta ad tutelam manent, omnem operam impendant ut pax reducatur, non tamen proposita sua plane sunt assequuti. Cretensis imo popularium coetus adiunctionem sua civitatis ad Graeciam promulgavit, Georgio principi ad tempus rei publicae rationem committens. Post quae... ferias indixit, quae adhuc prosequuntur.

### Regalia itinera.

Alfonso, Hispanorum rex, Extremadura provinciam suam lustravit, triumphaliter ubique exceptus; nunc autem iter parat Parisios atque Londinum, quo iam Eduardus rex, post Algeriam, Sardiniam, Corsicam, ipsamque Lutetiam urbem visitatam, reversus est; quemadmodum Guilelmus Berolinum tenuit, unde tamen, iterum brevi profectus est Wiesbaden civitatem petens, in qua Purpuratos Patres Kopp et Fischer accipiens, ad ipsum insigna Ordinis S. Sepulchri afferentes, sollemnem eamque maximus momenti orationem habuit, animum suum confirmans tutandi pro posse Christianam fidem in terra a Iesu sanguine roboratum; ex quibus nonnulli deduxerunt Germanorum Caesarem ad Christianorum tutelam in Orientis regionibus contendere.

## PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS.

In Anglia lex de exterorum hominum immigratione amplissimis suffragiis lata, atque expensarum quae praevideri possent ratio adprobata.

In Austria novum portorii canon pro mercibus solvendum rogatum. De italicis athenaeo in Istria erigendo vehemens disputatio habita.

In Argentina republica resumptae publici coetus sessiones, Praesidis litteris rem oeconomicam et commercium aucta, novamque rationem legatorum in comitiis eligendorum nuntiantibus.

In Gallia, postquam rerum ad exteros administer oblatis rogationibus respondit circa discrimen cum Iaponis Gallos incusantibus quod Russiae faverent, quum in suis Asiae litoribus Russorum classem retinuerint, disceptatio resumpta de re civili ab ecclesiastica sciungenda.

In Germania dum novis legibus ad oeconomics res tutandas providetur, thesauri administer Fischer valetudinis causa munus dimitit, eique sufficitur Twele docto. Nova lex producitur de ferreis viis in Congo-Germanico exstruendis.

In Graecia reformationes nunciatae ad publicas expensas contrahendas.

In Hungaria nondum novum administratorum consilium compositum.

In Italia exceptorum et expensarum ratio in examen vocata.

In Scatinavia mutuo ad classem aedificandam thesaurumque publicum munendum proposito, tum Sueciae, tum Norvegiae oratores suffragati sunt.

## PER ORBEM.

**P**luviae atque operariorum desertiones noctae maxime fuerunt, quibus superioris mensis postremi dies, novique primi memorables exstiterunt ubique. Ex illis alluvies, laetorum satorum vastitas; hinc civilis cursus intermissio, passimque seditiones, tumultus, congressiones; in Polonia praesertim atque Chicagine, ubi ad arma omnis generis, quae praemaniibus essent, per vias inter cives ipsos ventum est. Melius Italiae nostrae contigit; nam, si Tutici in urbe excipias, opifices fere omnes ferriviis addicti quiete officia sua deseruere atque paucos post dies ad ipsa redierunt.

At quoniam ferriviarum mentio accedit, facere non possumus quin Americanorum Nodiceae Americae casum doleamus, qui Harrisburgi contigit. Curruum enim series, quum per ferreos tramites summa velocitate iret, in

alteram occurrit, veles habentem ignita illa pulvere onustas, cui a graeca voce δύναμις nomen inditum. Miserrandum equidem eventum! Capsis disruptis, pyrogranae immenso fragore inciduntur, suam vim late inferunt horrendamque caudem procurant tum miseris viatoriis curribus inclusis, tum iis ipsis, qui in tutum cessisse se putabant.

Non unum autem id publicum infortunium ex Americis audivimus. Turbo enim Laredum, Mexicanam urbem, quum pervasisset, tecta evellit, domus diruit, pluresque cives ruinis sepelit.

Sed iam aerumnas relinquamus, quas heu! singulis mensibus recolere cogimur, ut laetiora, saltem aliquando, commemoremus. Praestat bodie argumentum suburbanum Tusculum, ubi, in oppido Cryptae-ferratae, Monaci illi Graecae disciplinae, quam Sanctus Nilus moderatus est, ad coenobii sui centenaria solemnia celebranda, de quibus alias ac fuse in nostro commentario locuti sumus, priscae artis Italo-Byzantinae reconnectionem patienter docteque composuerunt. Sunt historica documenta omnis generis maximique momenti, imagines, codices, miniatae picturæ, statuae, supellecetes, vasa; quae omnia, admirantes quotidie visitant cives eiusque ordinis, eiusque gentis, sapientiae vinculo adstricti, quae una dumtaxat satis impedimenta sternit adhuc, atque pacifica Victoria omnium dexteris amice coniungit.

## AENIGMATA

AB AEMILIO CRIVELLI PROPOSITA.

### I.

Primum dat Christi personam visere terris,  
Altera pars anni tempora pulchra notat.  
Est totum flos, qui ruri aut grandescit in hortis,  
Sommum et invitum conciliare potens.

### II.

Si legis a laeva, nomen praebebitur urbis;  
Si a dextra, accipies quod mea corda fovent.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra menses duos, unus, sortitus, gratis accipiet PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

DE POETIS ET NUMERIS LATINIS.

Aenigmata an. VIII, n. III proposita his respondent:

1) Area, Ardea; 2) Salta, Atlas.

Ea rite soluta miserunt:

Alois Frudez, *Regina Gradecli*. — Gust. Grunes Sch. Piar, *Nicolsburgo*. — Petrus Tergestinus. — Fr. Dostál, *Nechanice*. — Aem. Gschwind Sch. Piar, *Praga*. — Car. Stegmüller, *Sabaria*. — Lad. Podobinski, *Bochnia*. — D. Le Provost, *Briocen*. — Gui. Schenz, *Ratisbona*. — I. A. C. Oudemanns, *Traecto ad Rhenum*. — Greg. Cleary O. F. M., *Roma*. — Alois. Cappelli, *Senis*. — Fr. Navrahil, *Ostromecio*. — Collegium Scholarum Piarum, *Stetla*. — Ioan. Giambonini, *Potlegio*. — Andr. Papay, *Pruzina*. — Senior Astensis — Prince Gordon, *Mancunio*. — Fel. Dacomo, *Alba*. — Call. Amalberti, *Abio Intemelio*. — I. Berkrens, *Strato*. — Aug. Scriban, *Buzau* — Stan. Tomkiewicz, *Neo-Sandecia*. — Ab. Ballerini, *Novocomo*. — Aug. Paul, *Brasovia*. — Seminarium Episcopali Guastallense. — Am. Robert, *Mariville*. — I. Walter, *Neo-Eboracum*. — Seminarium Vicense. — Ferd. Ferrari, *Gua-statta*. — Ant. Tafani, *Florentia*. — Ag. Gzula, *Esztergom-bol*. — St. Lawinski, *Niemyslow*. — Zwirzina par, *Lohau*. — Ioan. Rolin, *Bruxellis*. — P. Becker, *Gebenhansen*. — Ed. F. Curran, *Terranova*. — Ioan. Cantone Ceva marchio, *Vercellis*. — Alois. Berthé, *Montoron*. — Th. T. Chave, *S. Boize Id*. — Ios. Matyasak, *Scopus*.

Sortitum est praemium:

SEMINARIUM LICENSE,

ad quod missa est I. B. FRANCESIA comoedia latinis versibus scripta, cui titulus:

SATURIO.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis Phil. Cuggiani.

## SUPELLEX AD RES DIVINAS.

Commentarii VOX URBIS administratio recto tramite suppeditat supellectilem omnem, qua tum in templis, tum in oratoriis ad res divinas uti solemus.

Mandata ad VOCIS URBIS administratorem (Romam, via Alessandrina, 87) mittantur, res praecise indicando quae quisque sibi cupit. Gratuito sumptuum aestimatio fiet.

## SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus quod de negotiis Ecclesiasticis esset; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis prouratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

## SATURIO,

Comoedia latinis versibus conscripta a clarissimo viro Joanne Baptista Francesia et per Commentarii VOX URBIS paginas vulgata, in volumen redacta est, quod apud Commentarii eiusdem administratorem venale prostat lib. I.

☞ IN LUDIS LITTERARUM OPTIMA TIRONIBUS SCENICE AGENDI EXERCITATIO. ☞